



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

IDEA BONI
INTERPRETIS ET
MALITIOSI CA-
LUMNIATORIS

QUÆ OBSCURITATE, DISPUL-
S, VERUM SENSUM à FALSO DISCERNERE
in omnibus auctorum scriptis ac orationibus
docet; & plenè respondet ad quæstionem
VNDE SCIS hunc esse sen-
sum, non alium?

*Omnium Facultatum Studiosis per-
quam utilis, edita*

M. JOHAN: CONRADO
DANNHAWERO, P. L. Cæs. &
Eloquent. Prof. in Argentorat.
Academiâ ordinario.

*Editio quarta, cui accessit Hermeneiosophiâ
sive Hermenevtica sacra, ad S. literarum
interpretationem restricta.*



ARGENTORATI
Typis JOSIÆ STÆDELIÏ
Academiæ Typographi

Annò M. DC. LII.

IDEA BONI
INTERPRETIS ET
MALITIOSI CA-
LUMNIATORIS

QUÆ OBSCURITATE, DISPUL-
SA, VERUM SENSUM À FALSO DISCERNERE
in omnibus auctorum scriptis ac orationibus
docet; & plenè responderet ad quæstionem
VNDE SCIS hunc esse sen-
sum, non alium?

*Omnium Facultatum Studiofis per-
quàm utilis, edita*

M. JOHAN: CONRADO
DANNHAWERO, P. L. Cæs. &
Eloquent. Prof. in Argentorat.
Academiâ ordinario.

*Editio quarta, cui accessit Hermeneiosophiâ
sive Hermenevtica sacra, ad S. literarum
interpretationem restricta.*



ARGENTORATI
Typis JOSIAE STÆDELIÏ
Academiæ Typographi

Annò M. DC. LII.



EMINENTISSIMO, VI-
RORUM AMPLISSIMORUM
CONSULTISSIMORUM-
QUE, PARI

DN. JOH. GEORGIO BEECHI
Doctōri & JURISCONSULTO, Rei-
publicæ Argentoratensis Advocato ac
Consiliario prudentissimo, Affini ho-
noratissimo

DN. JOSIÆ GLASERO JCTO,
& Quindecim Viralis Senatus ibidem
Secretariō & Consiliario gravissimo

Dnn. suis Mecænatibus, Patronis, ac Fautoti-
bus, observanter suspiciendis

Tò ὕψιστων



*Estro in nomine, VIRI
AMPLISSIMI, hunc apparere
Libellam volui, non congiarij
alicuius spe ductus; quod eorum
est qui emendicant gratiam. non liberaliter
honesteque ambiunt: nec virtutis vestra glo-
riam hanc reseruari exhausturus, ac ut me-
retur, predicaturus, cum Alexander non
):(2 permit-*

permittat facile nisi à lysisippo aliquo se fingi, pin-
gi ab Apelle, sculpi in gemma à pyrgotele,
Sed quia è sexcentis vos estis duo, qui literas hu-
maniores, nequaquam pedibus calcandas tan-
quam fundamenta, sed questuosis illis equipa-
randas statuitis: qui partim incredibili qua-
piam vestra humanitate, partim meritis non
exiguis me in officii genus provocastis: qui de-
nique quam consultum mihi velitis, quam sitis
in me anima propenso, colloquio & amoris si-
gnificatione testati estis. *Ma*cti hac vestra in
me benevolentia, Viri honoratissimi! Acci-
pите hanc veri falsique sensus disceptatricem
Ideam, equo animo, qua sicut solis alicuius ospe-
ctus cimmerias dispulisset tenebras, ubi

— nebulae caligine mixtae

exhalantur humo dubiaeque crepuscula
noctis

omnes orationum obscuritates discutit, sen-
tentias dividit, opinionum epochas laxat &
alia praestat, quae Calumniator aliquis suggil-
laret, tanquam propriarum laudum assenta-
tiunculas, nisi seipsam hac idea vindicasset.
Valete, (nam praefari pluribus non licet, quod
vel tantilli temporis furtum committere, hoc
sit in Rempublicam peccare, quae vobis aliquid
otii vix in pellibus relinquit, ut de Lucullo
Imperatore Cicero loquitur libr. 2. qq. acad.)

Valete,

*Valete, inquam, ut digni estis, hoc est optime ac
dintissime, DEVS OPT. MAX. (nam, satis
jam pridem*

*Laomedontæ luimus perjuriam Trojæ)
arceat, longoque longius pollat illos Philosophos,
qui non querunt quid bonum sit, sed illicò arri-
piunt: Iurisperitos, qui non contendunt de meo
& tuo, sed tuum omne, suum esse arbitrantur:
Theologos, qui sanguinaria rubrica proscribere
malunt, quàm atramento scribere: Me-
dicos denique, qui, arces, urbes, agros & aequi-
tates curare solent, non modicos. Dabam Ar-
gentorati propriid. Calend. Septembr. Anno
Xerisoprias M. DC. XXX.*

Amplitudinis Vestræ

Studiofissimus

Auctor.

)(3

Ad

Ad Lectorem Cordatum.



Nimum mihi ad hunc libellum edendum appellenti, tum multa obstiterunt, tum præcipuè νεοτερισμῷ suspicio, gravis scilicet ad-
versaria. Τὸ δ' ἐν μετ' ἑμῶν! Non equidem dux ego fui primus, sed nec agmina volui cogere cum postremis: non primus dedi signum, sed nec servilis eccho fui: non mea est omnis inventio, sed eorum quæ sparsa hæcenus per saturam fuerunt in promiscuis auctorum chartis, ὁικονομία. A te Lector quisquis es, majorem in modum contendo, ut si quæ acerbis scripsi, humanitati tribuas, cujus est tangere prius ulcus quàm sanare: si quædam nondum sum assecutus, difficultati ascribas; & pro me satisfato præstes cessurum me veritati, nec ullam fore tam exiguam mendam, quam ego non sim libentissimè παλινοῤῥα quædam revocaturus, si fuero convictus si in præteritis nonnulla reliqui ad spicilegium, producas hujus pomœrii limites: si denique solis Theologicis exemplis illustravi, quæ & profanis potuissent disputari, addas, & statuas non aliunde me potuisse exempla afferre, quàm ex eâ scientiâ in quâ taber-

tabernaculum meorum studiorum fixi, qua-
que fruor unice dum reliquis utor. Vale &
sequere parvulam hanc in promendo vero
sensu, regulam, sicut *κινδὸς ἕγαν*.

*Nocturnam quandoque ducem Phoenices
in alto,*

Et expecta cum Bono Deo, tertiam (gra-
tiarum enim numero gratiam capto) So-
rorem, IDEAM BONI DOCTORIS ET
MALITIOSI IMPOSTORIS.

CL. VIRO
DN. M. JOH. CONRADO
DANNHAWERO, Professori
Publico, amico suo.

DANNHAWERE *jubar Sophia & nitidissime lam-
Candidus interpres ductor ubique sagax, (pas,
Hermeneia tibi felix iniecit amorem,*

*Ut veniat sanctam lucida in harmoniam.
Tu fecundus ades, veterum scrutator acutus,
Addis qua desunt, colligis, eligis. En
Harmoniam Hermeneia suam feliciter hausit.
Agmine sparsa suo cuncta nitere facis.
Interpres prudens interpretis ardua monstras.
Ideamque boni muneris edis ita.*

Ideam

*ideam, sed non vanam succoque carentem;
Sed plenam mentis fertilitate tua.
Ingenij harmoniam docet hermeneia potentia.
Candidus interpres sit tibi quisque bonus.*

Joh. Georgius Dorscheus D.

Maximus ut quondam correxit Scaliger orbis
Tempora, & immenso nomen in orbe suum,
Ne posset cadere, æternis annalibus auxit:
Non secus extendens nomen ad astra tuum.
Scribendi emendas fœdum cacoëthes, & uno
Restituis vindex edita cuncta libro.

Ad Lectorem de Libro.

Quid bonus interpres, quid item nugator iniquus
Differat, ingenio ductus uterque suo,
Hic liber ostendit parvo mercabilis ære,
At quem vix æquant totius orbis opes.
Lector ama Librum, qui te sine fraude docebit
Vt sine fraude legas omnia, vera probes.

M. Samuel Glonerus
P. L. Gaf

IDEÆ



IDEÆ BONI INTERPRE-
TIS ET MALITIOSI CA-
LUMNIATORIS

Partis primæ, Sectionis primæ
proœmialis,

ARTICULUS PRIMUS.

*Dari omninò aliquam partem Logicæ, hæcenus vel pror-
sus inexcultam, vel certè primò solàm lineamentis ad-
umbratam, nimirum Hermenevticam, ratio-
nem ac modum interpre-
tandi.*

§. I.



NON fuisse veteribus omnia
comperta atque cognita, dan-
dum aliquid ingeniosis novitio-
rum molitionibus, adeoq; pau-
cis contigisse quod Maroni aut Apellæ, cujus ope-
ribus supremam manum addere nemini licuit,
non ratio solùm convincit & veritatis meridies ex-
perientia, sed & Aristoteles Philosophus, si alius,
præstantissimus aliquoties testatur; ut necesse
sit nimis esse superstitiosos lapidis è sepulchro
basiatores, qui calculum addere ac veritati cede-
re detrectârint. Quis enim ita credulus est, ut pu-
tet omnia fuisse consummata cum inceperunt, ni-
hil

2 IDEA BONI INTERPRETIS ET
hîl à perfecto abfuisse principia, secus quàm judi-
cavit hac de re l. 6. nat. qq. cap. 9. Romanorum sa-
pientissimus Seneca? Quis nescit tres illas præ
reliquis insignes artes, quibus vetustatem olim
hodieq; provocare solemus, *Typographiam* intelli-
go, quæ potuit

— suo labore

vitam reddere mortuis poëtis:

Deinde *tormentorum bellicorum electricem*: Denique
artem nasandi, quam excogitavit recens hominum
industria. quâ ocreis induti oblongis umbilico-te-
nus, cinctis zonâ vesicis refertâ: ad calcem verò
tabulis ceu pinnis adhibitis ac plumbeis ponderi-
bus depressi, aquarum difficultates & fallunt &
superant? Taceo infinita alia hominum nostro-
rum inventa ad admirationem insignia. Aristo-
telis philosophiam consideremus & apparebit,
verissimè ab eodem fuisse dictum l. 1. *Rhet. c. 2. m. p.*
610. artes quasdam esse *ἔργα κατεσκευασμένα*: tum quæ
in logicis se prætermisisse suspicatur, l. 2. *soph. Elen.*
c. ult. in fine, *συγγνώμην* mereri. Quid enim imper-
fectius est libris octo politicorum, quibus aded
non exhaust omnia, quæ ad Rempubl. in univer-
sum spectant, ut etiam non potuerit tem fermè
infinitam certis tamque angustis legibus circum-
scribere: quia enim ex historiis græcarum solùm
Rerumpub. suum illud opus concinnavit, multa
reliquit adhuc Romanorum, multa Europæo-
rum multa aliorum populorum ingeniis, nec his
si revivisceret, invideret suam laudem, sicut nec
Romulus agrè laturus fuisset limitum Romano-
rum

rum productionem. Hinc hodie ortum jus publicum, quod suæ politicæ addidisset Aristoteles, si Europæus fuisset. Nihil sanè difficilius est, quàm justum justæ politicæ corpus conficere, cum non fingi illa possit, sed exhiberi debeat; Mathematicam illam ac idealem Rempub. facile fuit Platoni comminisci, sed ejusmodi opus edere, quod quasi abstraxerit communem formam ex omnium gentium juribus atque consuetudinibus, hinc Rhodus, hinc Saltus! Quot modis acquirendi aucta hodie Oeconomia est? Quot controversiis, quot casuum decisionibus, quot à jure naturali sparsis radiis robur sumsit & incrementum doctrina moralis? de quibus præter vestigia quædam Aristoteles negry quidem. Ejusmodi sunt, materia de conscientia & ejus variis casibus, de martyrio, de jejunio, & alia operâ scholasticorum non planè floccipendendâ exulta nobisq; relicta: Quæ quamvis horrida pleraque sint incomta, & sæpe infructuosa, tamen quia sapientè ne in minimis quidem oportet falli, juxta *Fabium* l. 1. c. 10. αἰδῶς ἰνὰ σὺπερ ἀξίον ἔστι, εἰ τις ἀγὰ τὸ τῆς φιλοσοφίας διψῆν καὶ μικρὸς ἐν ποείας ἀγαπᾶν l. 2. de cœl. c. 12. r. 60. idèd cum sordibus infantem ejectiondum esse nullus adducor ut statuat. Dicant superiorum facultatum Doctores; an nihil ipsis profuerit, cum judicio tamen, scripta *Thomæ Aquinatis*, quibus præcepta Decalogi & virtutum moralium doctrinam illustravit, leætitalse? Absit ut secius hinc quicquam accipiatur, quam hoc me obtinere velle, ubique & omni tempore veneratione digna esse dona DEI, & veritatem

4 IDEA BONI INTERPRETIS ET
ubique etiam in luto jacentem suscipiendam esse,
cum non à subjecto sed objecto illa ipsa pendeat?
Mitto *Ἐπιπέριον* philosophiæ contemplativæ,
quæ ipsa quoque tantùm non sonorâ voce cla-
mant, Aristotelem ceu pictorem prima adumbras-
se lineamenta, nobisque culturam ulteriorem &
expolitionem commendasse.

§. 2. Hâc itaque viâ factâ speremus posse re-
petiri, quod vel occultum adhuc est, vel in pro-
miscuis auctorum chartis dispersum per siparium
adhuc se præbet conspiciendum: *Hermeneuticam*
videlicet, quam in libris *περὶ ἑρμηνείας* Aristoteles
incepit, nō tractavit aut absolvit, *ὧν δεῖ* tradituri
sumus, & prolixius exposituri, adeoq; fines orga-
ni Aristotelici adjectione novæ civitatis aucturi.

§. 3. Ne autem incerto pede progrediamur,
rem omnem his duobus syllogismis sumus com-
plexuri.

1. *Omne scibile habet aliquam sibi respondentem scien-
tiam philosophicam.*

Modus Interpretandi est aliquod scibile. Ergo

*Modus Interpretandi habet aliquam sibi responden-
tem scientiam philosophicam.*

2. *Omnis modus sciendi est pars logica,*

Modus Interpretandi est modus sciendi: Ergo

Modus Interpretandi est pars logica.

Major non solùm è naturâ relatorum ita clara est,
ut est cælo sudo meridies, sed etiam confirmari
potest eo argumento, quo ex *Aristotele l. 1. Metaph.*
cap. 1. r. 3. Metaphysicam aliquam scientiam, tum
alii, tum maximè summi philosophi *Dn. D. Haven-*

rent.

reut. p. m. in Comment. illius loci, & Corn. Martini in Metaphysica sua proæmio verissimè demonstrarunt. Verba sunt Aristotelis loc. cit. si igitur non est alia substantia, præter eas quæ naturâ consistunt, physica profectò prima scientia est. Quod si est aliqua substantia immobilis, hæc scilicet metaphysica prior erit adeoq; philosophia prima. Eodem sanè modo & nobis licet ratiocinari. Si igitur nihil est aliud in philosophiâ quod sciri possit, præter ea quæ in scholis hodie sunt comperta & explorata, tum hermenevtica tanquam res nullius momenti rejicienda erit: si verò res aliqua datur quæ scientiâ sit digna, tum insuper à philosopho non habebitur. Hactenus propositio major.

§. 4. Minor ut demonstretur, præmittenda distinctio est inter scientiam, quæ vel opponitur ignorantia, vel fidei ac revelationi. In priori sensu si scibile accipiat, tum nemo unquam dubitavit, quin sciendum sit, quo modo aliquem auctorem velis exponere; idem testantur omnes commentarii, quotquot à natâ sapientiâ ad hunc usque diem prodiderunt: hi enim si ignorato aliquo interpretandi modo undecunque oblato eructati fuerunt, chaos potius fuerunt quàm commentarii. De posteriori sensu non levis est difficultas. Quicquid verò sit illius difficultatis, ego existimo, modum interpretandi per se esse scibilem, ac evidentem è ratione, tam etsi per accidens aliquando contigerit hominibus ex revelatione Sp. S. immediatâ. Nam quæro, illa revelatio scripta sit, an non scripta. Si hæc, erit incerta perinde ut

6 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 de ut verba non scripta alia: fidem verò niti re in-
 certa parùm abest à contradictione in adjecto. Si
 illa? edatur ergò. Tùm ego instabo, Hoc verbum
 scriptum vel obscurum est vel perspicuum. Si il-
 lud, egebit luce interpretationis, at hæc unde pe-
 tenda? ex ratione, num revelatione? scriptâ, an-
 non scriptâ? en circulum & progressum in in fini-
 tum. Si perspicuum est, Quæro an ita perspicuum
 sit, ut si maximè linguas non calleas, tamen spon-
 te in animum, ut sol in oculos, lapsurum sit: nùm
 verò ad minimum cognitione linguæ sit opus?
 priori modo perspicuum nihil est, sicut nec visibi-
 le quicquam sine radio lucis cœlestis: Et sanè co-
 gitatione assequi nemo potest, id à quoquam ex-
 puni posse, quod ipse non intelligat. Posteriori
 igitur modo perspicuū erit, positis scilicet omni-
 bus ad intelligendum requisitis, sed unde constat,
 quæ sint illa requisita singula, quove modo tra-
 ctanda, ex revelatione dices? Ergò circuli damna-
 beris. Ex ratione? Bene hoc enim volo obtinere.

§. 9- *Nec obstat* 1. Apostolos potuisse interpreta-
 tari, absque philosophiæ & logicæ, quam nun-
 quam didicerunt subsidio ex solâ id habuisse reve-
 latione, 2. ipsam scripturam S. revelasse modos in-
 terpretandi, e.g. analogian fide Rom. 12, 6. & *idiar*
ἐπιλύσεως cautionem 2. Pet. 1, 21. 3. quod animalis
 homo non percipiat ea quæ sunt Spiritus Dei, 1.
 Cor. 2, imò quod 4. luctam cum mysteriis fidei ex-
 erceat. Resp. ad 1. In Apostolis duo fuerunt, unum
 generale & commune omnibus interpretibus, ni-
 mirum modus interpretandi in genere, qui præ-
 sentis

sentis tractatus est objectum. alterum speciale modus interpretandi talis, nempe 1. *infallibilis* infallibilitate divinâ & expers omnis formidinis, 2. *allegoria* sub literali sensu contentæ inimitabilis *inventio* 3. *verborum mutatio*, ut pro lineâ $\theta\beta\omega\gamma\theta$ vox Rom. 10, 18. & alia de quibus Theologi. Hæc posteriora esse immediatè à Sp. S. illiusq; impulsu orta, Impii simus si negaverimus; neq; de his modis specialibus est quæstio. De primo verò ac generali modo, ita scribit *Flacius part. 2. clav. p. 14. Nec valet obiectio, quod Apostoli philosophiam non didicerint, acceperunt enim illi cognitionem linguarum & aliarum utilium rerum ex dono Sp. S. Quod ut rectè percipiatur, aliquo exemplo, hoc quod diximus, illustrandum est. Ars Architectonica & statuaria est habitus per se & naturâ suâ acquisitus (nominaliter) etiam si per accidens, à Bezaleele non fuerit acquisitus (participaliter:) ita donum interpretandi commune è ratione est evidens, licet Apostolis nihil laborantibus immediatè contigerit. Ad II. 1. esto, unus aut alter modus revelatus sit, tamen hi duo non sunt omnes alii, quos scriptura non proponit sed supponit, secundum illud *Pauli I. Cor. II, 14. ἢ ἐδὲ αὐτὴ ἡ φύσις ὑμᾶς δὲ δάσκει?* Ut planè inexcusabiles futuri sint in novissimo die illi *θεοσυχεῖς*, qui neglecto lumine naturæ illotis manibus in verbum Dei irruerunt. 2. multa in scriptura revelata sunt, quæ tamen per se etiam sunt evidentiæ, ut esse Deum, honestè vivendum &c. Id demùm per se revelationis est, quod ratio sibi relicta nullo modo capere potest, ut est Evange-*

8 IDEA BONI INTERPRETIS) ET
 Ilium æternis temporibus tacitum, mysterium S.S.
 Trinitatis, &c. Est autem Analogiæ attentio, sicut
 & *ιδίας επιλύσεως* evitatio in classe priori, quia
 utraq; à sapientioribus etiam gentilibus fuit anim-
 adversa, ut clarissimè illud infra ostendemus.
 Quid verò Apostolo sit *ιδία επίλυσις* & num hæc
 etiam rationem damnet, infra quoque docebi-
 mus. Ad III. Quadruplex propositionis Paulinæ
 esse sensus potest 1. quod animalis homo, quæ est
 animalis, quæ præter animam rationalem nihil
 habet præcipuum, non percipiat ea quæ Dei sunt
 2. quod animalis homo spirituali licet luce imbu-
 tus sit, non intelligat illa eadem 3. quod non in-
 telligat mysteria Dei verbis significata, 4. quod
 non intelligat verba ipsa quæ mysterium expri-
 munt. Primus & tertius sensus verus est, eaq; D.
 Paulo intentus, secundus & quartus à vero ablu-
 dit. Nam 1. spiritualis homo ac renatus non hoc
 ipso exuit suam animam ac animæ vires, non ha-
 bitus acquisitos è ratione, deponit, sed his ancil-
 lantibus utitur, & quæ comparatio est. D. Schrö-
 deri, p. m. in tract. de princ. Theolog. logicâ utitur non
 ut amussî ac iudice, sed ut perspicillo. 2. ut animalis ho-
 mo quæ talis, non quidem percipit res Dei, cum, ut
 B. Luther, loquitur tom. 3. Ien. p. 167. nec tota quidem in
 scripturâ perspicuum esse possit, sine Sp. S. luce atq; *ιδία*
ψη. Hoc tamen non obstante signa rerum, (quæ
 sola hujus nostræ hermenevticæ sunt objecta)
 adeoque verba & orationes scripturæ, ab eo ne in-
 telligi possint, nihil impedit. Intellexerunt certè
 Athenienses verba Pauli de resurrectione concio-
 nantis,

nantis, sed rem verbis significatam capere non potuerunt. Denique semper distinguendum est inter rei ipsius cognitionem & scientiam modi, quò res est tractanda: Ut enim prius animalis hominis captum superet, tamè de modo cognoscendi ei constare potest. Sicut quamvis Cytharædus non saltet ipse figurare tamen & informare suâ cantilenâ modum saltandi optimè potest: nec impedit circa rem versari quam non intelligas, cum absurdum sit juxta Aristotelem scientiam & modum sciendi simul quærere, e. g. quod numerus stellarum non possit simul par esse & impar, id ex logica constat, quæ docet non posse idem simul esse & non esse, par autem sit an impar in re ipsa, solus is novit, qui omnia novit, cõfer exemplum de magnete adductum in Ideâ boni disp. pag. 354. & seqq. Ubi etiam quartum argumentum dilutum est, p. 359. & seqq.

§. 6. Alter syllogismus §. 3. positus facilem etiam habet explicationem cujus major ita apud omnes in confesso est, ut tametsi multa semper de Logicæ naturâ fuerint in utramq; partem disputata, de hoc puncto, nemo unquam fuerit, qui lineam adversam poposcerit. Minor inde patet, quia ut verû sensum à falso discernas, syllogismo etiam ac demonstratione opus est; fontes verò & principia illius discretionis, in logicâ, quæ modum sciendi ac discernendi verum à falso profiteatur, docenda sunt. Ergò, *inquies*, imposterum Scripturæ S. aut Juris civilis interpretes, non Theologus aut JCTUS, sed Philosophus aut Logicus,

10 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
CONTRA quam sentit *I.C. Scaliger* qui *l. 1. de caus. Ll. c.*
1. officium interpretandorum auctorum vindicat sapien-
si pro cuiusque rei captu: cum quod ad interpretationem
se tinet, eadem sit ratio & componendi & composita co-
gnoscendi. Est equidem hoc verum, quod Scaliger
 affirmat de causa interpretationis principali, quæ
 in Theologia Theologus est, in Jurisprudentiâ
JCTUS; falsum, si excludat causam instrumenta-
 lem nostram videlicet hermeneviticam. Etsi enim
 Logici non est Theologica tractare, Theologi ta-
 men est theologica logicè tractare. Et est profectò
 admirabile, quod grammaticas leges nò respuant
 sapientum commentarii, damnent verò logicas,
 quastamen negligere etiamsi velint, non omninò
 possunt. Deinde aliud est, interpretari leges, aliud
 modum interpretandi generalem docere, hoc lo-
 gici est, illud **JCTI**. scientia τὴ κατὰ μέρος huius est,
 τὴ καθόλου illius, sicut *l. 2. prior anal. cap. 21.* distin-
 guit Philosophus. Sicut enim non est alia gram-
 matica Juridica, alia Theologica, alia Medica, sed una
 generalis omnibus scientiis communis. Ita Una
 generalis est hermenevtica, quamvis in objectis
 particularibus sit diversitas. *Dices 1.* Doctos viros
 solâ ratione adjutos sine arte hermenevticâ po-
 tuisse absconditos sensus rimari. *2.* Laicos, logicâ
 minimè instructos homines, verbum Dei intelli-
 gere potuisse ante natam aut animo conceptam
 hanc hermeneviticam, partem scilicet logicæ su-
 perfluam. *Resp. ad 1.* quæro cur athleticâ utamur
 si torosis omnia lacertis expedire possamus? nu-
 gæ; quasi ego non malim certam regulam & expedi-
pedi-

perditam sequi, cujus beneficio omnia in numero habeam, quam vestigiis naturæ minus tutis insistere: adeone evulisse, rationis perfectionem; imperfectionem in precio esse? ad 2. hoc est quod multos facere calumniâ philosophiæ cogit, quod nesciunt distinguere, inter fidem salvificam & habitualement adeoq; studio & labore acquisitam, quæ propriè est habitus Theologicus, ejusmodi ut in homine etiam perditissimo inveniri possit. De priori certum est, quod in Laicis illa beneficio Sp. S. per verbum agentis accendatur, non adhibito ministerio artium philosophicarum: posterior autem Theologi est militiam sacram militantis, cujus est pluribus præsiidiis instructum esse, quàm aliorum.

ARTICULUS II.

Finem Hermeneutica esse verum orationis sensum exponere atque falsa vindicare.

§. 7. Nemo, inquit Seneca ep. 71. quamvis paratos babeat colores, similitudinē rei exprimit, nisi jam constet quid velit pingere? Hæc enim ordinis analytici, quem ut omnes practicæ, ita etiam logicæ disciplinæ sequuntur, natura est, ut à fine tum & tum &, qui est ipsum subjectum, ordiatur. Est autem finis & *évexa* expositio omnium orationum & veri sensus à falso infallibilis discretio. Dico *infallibilis*, infallibilitate non fidei ac certitudinis divinæ, sed infallibilitate scientiæ & certitudinis humanæ. Ut planè non audiendi sint Judæorum Magistri Rabini qui adhuc aliquem expectant Eliam difficiles

12 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 ciles in sacro codice nodos dissoluturum. Si enim
 pseudo-doctorum est semper discere, & nunquam
 ad veritatis cognitionem pervenire, ut testatur D.
 P. ul. 2. Tim. 3. 7. utiq; boni Doctoris erit, pervenisse
 ad veritatis infallibilem scientiam. Socrates quidem
 deploravit ignorantiae necessitatem, quando se hoc unum
 scire profitetur, quod nihil sciat, sed fuit ille in numero
 philosophorum, qui quod modum sciendi nescirent, *ψαλλόμενοι* ab
 Aristotele dicti fuerunt. Non hæc nos mordet cura, qui Dei
 dona modum sciendi & veniendi ad veritatem habemus,
 modo non vellemus eum aspernari, & *παραπομπίας* nomine dehonestare.

§. 8. Habet autem hermeneutica cum parte
 logicæ analyticâ commune, quod ad veritatem utraq;
 collineet, falsitatem refellere doceat utraque: Sed
 differant inter se, quod illa verum loci etiam falsissimi
 sensum inquirere doceat: hæc veritatem conclusionis è
 principiis verissimis deducat. Illa circa sensum versatur,
 hæc circa conclusionem inde nascentem, e. g. quando
 Aristoteles motum scribit esse *αἰθῆρος* ortus ac interitus
 expertem: tum hoc seu falsum, & perperam è
 notitiis innatis deductum refellit analyticus: Interpretes
 autem res ipsa vera sit an falsa? non magnopere curat,
 sed cum loci citati duplex esse sensus possit (aliis τὰ *αἰθῆρος*
 de physicâ solum æternitate, aliis de absolutâ æternitate
 explicantibus, quorum prior sensus in re ipsâ verus est,
 posterior falsus) illum qui falsus est, verum esse prædicat
 Aristotelis sensum. Rursus quando Servator

Mish.

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 1

Matth. 12, 32. asseverat, peccatum in Sp.S. neque in hoc neq; in futuro seculo remitti: Tum circa hunc locum diversimodè occupatur & Interpretes & analyticus. Ille, ut ex analogiâ cum *Marc. cap. 3, 30.* & *Luc. 12, 10.* Phrasin. (*neque in hoc neque futuro seculo*) exponat brevius per æternitatem. Hic ut conclusionem inde natam in castris Pontificiorum, confutet, quàm, ut fatetur *Bellarminus lib. 1. de purgat. c. 4.* non ex dialectica, sed prudentia regulis deducunt: Non enim sequitur, aliquod peccatum in futuro seculo non remittitur. Ergo aliquod peccatum in futuro seculo remittitur, sicut non sequitur, Quidam homo non est asinus, Ergò quidam est asinus, confer *Ideæ boni. disp. p. 258. §. 54.*

§. 9. Ut autem Hermenevtica nostra differt ab analyticâ; ita discrepat etiam ab Interpretatione oratoriâ seu concionatoriâ, quæ non tam textum exponit oratoriè magis quàm dialecticè, quàm usum & fructum è textu ad auditores reduci datem, qui fructus vulgò accommodatio textus appellatur. Interpretatio dialectica est sensus, concionatoria est fructus è sensu orti. Hæc cum oratoriæ non logicæ sit professionis à nobis in tractatu logico non docebitur. Legatur interea *Flacius part. 2. pag. 82. & seqq.*

ARTICULUS III.

1. *Subiectum Hermenevtica non magis esse Papam, quam quemvis alium.*
2. *Idoneum auditorem hujus artis exigere aliquot conditiones interpretandi officio proprias.*

§. 10. Apud *Platonem* in *dialogo*, qui inscribitur *IO. m. p. 530.* Rapsodus quidam, qui dialogo nomen fecit à suo nomine, introducitur, hæc verba gloriôsè jactitans. *Καὶ μὴν ἀξιὸν ἀκῦσαι, ὡς ἐν χάσματι τὸν Ὅμηρον: ὥς τε δῖμαι ὑπὸ Ὀμηρίδων ἀξιόβουται χρυσῶ στεφάνῳ στεφάνω δῆναί.* Et certè res digna est auditu, quam scitè ego *Homerum* expoliverim: ut quidem me dignum maximè censeam, qui illò nomine ab *Homeri* *Stadoofis aurea* doner coronâ. Eadem hodie fabula luditur, à partium Romanensium patrônis, quando *Infallibilem* *Scripturæ S.* interpretationem uni ac soli *Papæ* vendicant, ab hominibus reliquis quantumvis interpretandi mediis instructissimis planè remouent & de fidei controversiis omnibus ad unum illum deferendum esse certatim scribunt. His ut contradicere possimus rectius, omnes illarum partium hypotheses afferemus, quarum prima est. *Hominem privatam non posse Scripturæ S. constitui interpretem infallibilem*, quia 1. incertum sit an habeat *Sp. S.* 2. cogatur seipsum iudicio aliorum subicere, 3. nullus extet certus & fidus interpretandi modus. 4. testetur experientia, quod privati homines, e.g. *Lutherus* & *Calvinus* probè parati ad interpretationem, inter se adhuc de sensu orationum sacrarum contenderint. Hæc hujusmodi leguntur apud *Bellarmin. l. 3. de V. D. c. 5.* & *Gordon. Huntley. c. 4. contro. n. 13.* & alios infinitos. II. Remigitur deferendam esse ad *Ecclesiam*; atq; concilium *Episcoporum*, quia enim eo spiritu intelligi *Scripturæ* debent, quò factæ sunt, is verò certò inueniatur in *Ecclesia*, hæc utique sola sensus

ſus ſacros explicare & declarare poterit Bellarm. l. 3. c. 3. Greg. de Valent. tom. 3. diſp. 1. q. 1. punct. 1. Becanus de circulo. §. 24. & alii innumeri. III. Et quia Eccleſia ſine Papa auctoritate fallibilis eſt, ultimum denique ſcopum omnis expoſitionis eſſe Pontificem Romanum, qui ſolus ſit promus condus omnis veritatis cœleſtis, hinc eſt, quod Bellarm. l. 2. de concil. c. 10. & 16. quædam concilia rejicit ſolum ided, quia Papæ quali- vitali ſpiritu fuere deſtituta. IV. Hunc Papam, eſt ſolus deſinire poſſit, tamen non debere ſuo iudicio fidere, aut expectare divinam revelationem: ſed adhibere dili- gentiam, quantam res tanta poſtulat & ordinaria me- dia requirunt, atque tùm demùm expectare aſſiſtentiã Sp. S. Bellarm. l. 1. de concil. c. 11. Staplet: controv. 4. q. 2. V. Media interpretationis eſſe quatuor. 1. regu- lam fidei, ſub quâ traditiones compræhenduntur. 2. Eccleſiæ praxim. 3. patrum conſenſum. 4. De- creta conciliorum Staplet. l. 11. princ. fidei doctrin. contr. 6. & Concil. Trid. ſeſ. de ſalvo conductu, ſeſ. 15.

§. 11. Nos antequam dicamus quid nos ſequa- mur, hæc hæctenus allata falſitatis convincemus & abſurditatis. Nam prima hypotheſis equivoca eſt, vel enim intelligitur de infallibilitate logicã & humanã, vel de divinã, quæ Apoſtolis & Pro- phetis in primitivã Eccleſiã fuit domeſtica. Si de illã, tum falſa eſt; quia homo privatus cui ad ju- ſtam interpretationem mediõrum abundè eſt, fal- li nequit: hoc enim eius eſt argumentum planè apodicticum.

Quicumque ſenſus eſt mediõ interpretandi, quæ ratio docuit, premanavit, nec in ullum ex iis impin- git, u

**IDEA BONI INTERPRETIS ET
git, u sensus procul dubio est ab auctore sapiente
intentus.**

At hic vel ille sensus, è mediis interpretandi &c.

Ergò est ab auctore sapiente intentus.

Dico ab auctore sapiente, nam solius diaboli est multis & æquivocis sensibus ludere & crucem lectori figere, non item viri sapientis, cujus est eam rationem sequi in loquendo & componendo, quam alius sequitur in ipso intelligendo & resolvendo. Si de posteriore infallibilitate intelligitur, tum porrigimus facilè herbam, quod cessantibus illis specialibus Sp. S. donis, quibus Ecclesia eum nasceretur, floruit, (ut est donum miraculorum edendorum, prophetiæ, linguarum &c. incertum sit penes quem resideat illud lumen prophetieum: de nomine verò incertiores sumus quàm de ipso Papa, quia 1. incertum est, si nè baptizatus, cum enim, ex illorum sententiâ, ad baptismum requiratur intentio faciendi, quâ sine baptismum nullus consequaris; nulli sanè certò esse licet, si nè baptizatus verè ac legitimè / præsertim cum tanto credibilius sit clericum baptizantem vel semel debitâ intentione carere, quantò ad errandum homines sunt procliviores quàm ad rectè agendum, quia 2. certitudinem suam non nisi circulo sophistico tueri potest, quem prolixè exposuimus in Ideâ boni disp. p. 186. & seqq. quia 3. non est verisimile celesti sapientiâ lumen, cum eâ cordis depravatione simul habitare posse, (qualem in vitis paparum ne quidem Platina occultare potuit) ut ratiocinetur Bellarm. in alio argumento l. 1. de V. D. c. 5. quia 4.
NON

non verisimile est in casibus juris & publicâ cathedra non aberraturum, quem in casibus facti & personalibus errare posse conceditur. *si enim non inest, quod magis inesse videtur, multò minus id inerit quod minus.*

§. 12. Ut autem ipsa hypothesis falsa est, ita ejusdem quibus fundatur rationes sunt ex arenâ compactæ. *Prima* enim quanti momenti sit ex modo datâ distinctione facile est colligere. *Secunda* ratio vera est de homine ante censuram & examen suæ interpretationis considerato, quod ne Apostoli veriti sunt, ut constat ex actis c. 17. v. 11. *falsa*, si interpretatio ad fontes interpretationis bonæ reducatur. Tùm enim certis nobis esse licet, verumne attigerit Interpres, an à vero abiverit? *Tertia* ratio quam vera sit; patebit ex sectione tertiâ partis primæ, in quâ non afferemus solum media interpretandi, sed & ex lumine naturæ clarissimè eadem demonstrabimus. Si enim Syllogismus ex ἀνάγκη sequitur, quia in dicto de omni, vel in principio illo Metaphysico, quæ sunt eadem uni tertio, illa inter se sunt eadem, fundatur: quid est, quamobrem non certi esse possimus de modo interpretandi, si ex lumine naturæ solidè deductus prius fuerit? *Quarta* ratio speciem habet, sed vanam. Quicquid enim à doctis viris & piis sæpe erratum fuit, id omne adscribendum defectui mediorem interpretationis: plures non intellexerunt linguas: alii ex rectè intellectis, male concluderunt: alii aliis modis impegerunt. Error Calvinii in re sacramentariâ unde ortus fuit,

18 IDEA BONI INTERPRETIS ET
nisi ex neglectu sanæ rationis, cujstamen videri
voluit quoddam oraculum. Negat enim illa per
fenestram ingrediendum esse, cum per januam
possis, ut loquitur *Bellarmin. l. 1. de Euch. c. 12.* Sed
hâc de re infra.

§. 13 *Secunda hypothesis non solum absurda est,*
sed & merum *μορμολυκῆσι*, quô nos ceu globo ho-
minum obruere laborant. Absurda est, quia testi-
monium univetsorum collectivè (sive mathema-
ticè colligas, sive ethicè) sumtorum, non potest
esse alius generis, quàm singulorum seorsim. Sicut
enim per multiplicationem argenti non fit au-
rum, quæ metalla sunt diversæ speciei & ordinis:
geminomodo probat *Becanus tract. de peccat. mor-
tal c 2 q. 5.* per multiplicationem peccatum venia-
le non transire in mortale. *Quia, ut addit, nullus cer-
tus numerus peccatorum notari potest, qui sit sufficiens
ad peccatum veniale constituendum in esse peccati mor-
talis: nam si solus numerus sufficiens sit, dubitari potest
de quocunque peccato an expleat illum numerum?* Ita
sanè nullus certus numerus hominum notari po-
test, qui sit sufficiens ad constituendam Ecclesiam
in esse auctoritatis divinæ &c. Nunc verò singuli
homines, ipsorum confessione, sunt fallibiles, de
singulis incertum est, habeantné spiritum prophe-
ticum? &c. Ergò idem quoque dicendum erit de
Episcopis conjunctis, quod videlicet præter hu-
manam fidé ex loco testimoniorum natam nihil
de se gignere possint. *Dices, Ecclesiam habere do-
num interpretandi non ex solâ multitudine Epi-
scoporum, sed ex assistentiâ Sp. S. quæ certior sit*
in con-

in conjunctis quàm in singulis? Quæro igitur, cur Concilium Basileense, & alia rejectitia de quibus *Bellarmin. l. 2. de concil. c. 10. & 16.* fuerint fallibilia in definiendo? Quia *inquires*, destituta fuerunt infallibili Pontificis auctoritate. Ergo hoc est quod volo, Ecclesiam *μορμολυκίον* esse; Nam hoc inde conficitur. Ecclesiam obtendi sed sophisticâ quadam synecdoche, intelligi Papam. 2. Ecclesiam sine Papâ fallibilem esse & incertam de Sp. Sancti ductu. 3. Imò etiam fallibilem esse, si maximè Papa præsit. Nam Papa præses aut communicat concilio suam infallibilitatem, aut eam sibi soli servat. Prius fieri non potest. Quia quicquid per se & naturâ suâ fallibile est, ei non potest communicari infallibilitas, sunt enim contradictoria, fallibile & infallibile esse. Est hoc argumentum ad personam firmum. Eadem enim consequentiâ conatur evertere *Bellarmin. l. 3. de Christo c. 11.* omnipræsentiam humanitatis in Christo. *Non potest*, ait Jesuita, *absolutè dici tale, id quod non est ipsum tale, sed est conjunctum cum alio tali: aliàs oculus esset in calcaneis, quia est conjunctus cum animâ, qua est in calcaneis.* Posterius igitur erit verosimilius, quod scilicet Papa suam illam *ἀναμάρτητον* sibi soli servet, atq; idè concilium manebit quod ante fuit, nimirum, ut omnis homo, mendacio obnoxius. Ut ita res unicè deferenda sit ad sensus divini interpretè certissimum, videlicet Papam, *sicut asserit hypothests. 111.* Quæ una Papismi fulcrum est, sed stramineum & ficulneum. In jure civili à probationis mole immunis est, quicunq; eum à se avertete aliquâ præsumptio-

20 IDEA BONI INTERPRETIS ET
ne potest. At pro nobis est præsumptio fortissima
ab ipso Spiritu S. è cœlo ad nos delata, quod omnis
homo mendax sit: Opus igitur est illarum partium
militi firmâ probatione quod Papa sit interpres
infallibilis. Hanc autem vel ex revelatione deducet,
vel ratione. At ex neutrâ potest; Non hac,
quia hæc fortissimè contradicit, quod scilicet in
unum hominem conspirarit omnis sapientia eaq;
divina ac infallibilis. Ecquis è ratione persuadebit
Turcæ, magis infallibilem esse Papam, quàm
Mahometum? detur ratio, cur magis uni homini
credendum sit quàm alii. Non illa, quia circulo
nodo se implicabit inexplicabili, quem, quia in
Idea boni disp. p. 186. & seqq. & adduximus, & à
Jesuitarum effugiis vindicavimus, idèd nolumus
crambem apponere bis coctam. Hoc quia non vi-
dent cum videre possent, Pontificii non solum
conscientiam lædunt, contrahendo sibi ignoran-
tiam voluntariam, vincibilem & ut Thomas ap-
pellat consequentem, sed & inexcusabiles se effi-
ciunt corà n. tribunali Christi. Nam

*Q. ex fide non est (id est conscientie certitudine,
ut rectè explicat illarum partium quasi quidam
Roscius Becanus tract. de lib. arb. q. 10. n. 12.)
peccatum est.*

*At qui fides Pontificiorum ex fide non est. Consulant
enim suas conscientias, nec animo callum obdu-
cant, consulant & exquirant, an hoc ipsis pseu-
do principium satisfacere possit, quod Papa sit
interpres infallibilis? Certè invenient dubia in-
explicabilia ut adèd conscientiam suam in tran-
quillo ponere non possint.*

Ergo

Ergò Fides Pontificiorum peccatum est. Mitto nunc alia, quæ de hoc argumento Theologi disputant.

§. 14. *Quarta & quinta hypothesis* ejusmodi est, ut eâ confidamus nos planè causam adversariorum conficere posse. Nam illa media quibus Papa utitur in explicandâ Scripturâ & unde eidem innotuerunt? ex ratione num revelatione? Neutrum dici potest. Nulla illud, citetur enim ullum verbum Dei seu scriptum seu non scriptum, de quo ego illicd quæram, obscurum sit an perspicuum? At verbum Dei, per ipsos, nullum est perspicuum. Si enim quia à Deo est, necessariò plures sensus continet. Ergo quodcunque verbum à Deo est, tot sensus involuit cum à quatenus & quia ad de omni valeat consequentia. Erit igitur illud verbum obscurum. Si hoc? egebit interpretationis mediis. Sed quibus? illis Stapletoni aies. Bene. Sed de his redit eadem quæstio, idem circulus. Relinquitur igitur modum interpretandi ex rationis lumine petendum esse. At rationi illa media planè sunt contraria, docent enim animum multis modis præoccupatum, ut sensum scripturæ inferat, non ex eodem afferat, quod quam sit absurdum infra apparebit. Quin longè nobis facilius est ex illis mediis interpretandi impossibilitatem probare quàm facilitatem: quod facturi sumus mox quando damnabimus judicium præoccupatum.

§. 15. Falsitate perspectâ, nostra sententia est. *Omnem hominem ratione ac judicio utentem, si media interpretandi ceu Ariadnaum quoddam filum sequatur,*

33 IDEA BONI INTERPRETIS ET
nec ab iis vel latum unguem recedat, esse idoneum facultati Hermenevtica subiectum. Dico si media interpretandi secutus fuerit, quia hic quoque verum est, quod de omni potentia necessariâ, nimirum eam, positis omnibus ad agendum requisitis, non posse non agere illud, ad quod est ordinata; posse verò deficere, si vel unum solum requisitum desit. Probatur autem assertio hoc syllogismo.

Omne subiectum capax disciplina logica, etiam est capax Hermenevtica, quia haec est pars logica.

Omnis homo ratione ac iudicio utens, est capax disciplina logica. Ergo

Omnis homo ratione ac iudicio utens etiam est capax Hermenevtica facultatis.

§. 16. Sunt autem certæ quasi dispositiones & conditiones, quas, ut in omni, ita in hoc quoque subiecto inveniri necesse est, cū non quodlibet recipiatur in quodlibet, nec ex omni ligno fiat Mercurius. Illæ verò conditiones vel sunt privativæ vel positivæ: privativa est, *Keines ahltes* & iudicium incorruptum, de quo sect. 2. art. 3. Positivæ sunt, vel cōmunes Interpreti & disputatori, ut sunt *pietas* in voluntate, *acumen* in intellectu, *zelus veritatis* in affectibus, *perspicuitas* in lingua & sermone, de quibus omnibus in *Idea boni disput.* pag. 38. & seqq. Vel quodammodò propria Interpreti, ut sunt 1. *Diligentia accuratissima*, quæ singulas etiam propemodum minutias quantum ad sensus veritatē interest, confectetur. *Si enim ex lege tota unum*, verba sunt *Raslii*, aut *unus apex non transibit*, quomodo tutum est, nec etiam *minutissima transilire*, & ib. *Ne & non syllaba*
dua

duæ sunt. Actamen fortissima omnium bonarum rerum veritas, & extremus pravitate limes mendacium parvu his verbu sape numero comprehenditur. Legatur tota epistola ut est ex Basilio descripta à Flacio part. 2. clav. p. 94. Cavendum ne id contingat, quod C. Lucilius l. 2. de orat. n. 25. dicere solitus est, se ea quæ scriberet, neque ab indoctis nimis neque à doctissimis legi velle, quod alteri mihi intelligerent, alteri plus fortasse quàm ipse de se. II. Bona phantasia, si enim in Oratore requirit Voss. l. 6. instit. orat. c. 3. in fine, ut sit ἐμπλασίματα, quantò magis hoc Interpretem spectabit, qui prothei instar se mutare debet in omnes formas, quomodo enim, e. g. intelliges Psalmos Davidis nisi gravissimas tentationes ex te didiceris, vel certè tanquam didicisses, animo conceperis, sed de hâc conditione latius infra in medio ἐπισημῶν τῆς Κυρυνθείας γερρονί. III. Affectuum moderatio, ne scilicet interpres vel 1. odio auctoris ductus, male eius verba inque sensum sinistra interpretetur, hoc enim sit calumniator è agere: vel 2. voluptate sectandi allegorias, & sensus jucunditate ac pulchritudine ludendi quod vitium Origenem impedivit, qui, cum sibi puero adhuc sententia quædam biblicæ à patre ad ediscendum proponerentur, non acquievit earum memoriâ, ac simplici sensu, sed jam in puerili ætate reconditos quosdam sensus curiosè elicere voluit, ut auctor est Euseb. l. 6. hist. Eccles. cap. 1. vel 3. Timore incutiendo ducti ac metu in animis hominum concitando. Ut si quis idè interpretari scripturam vellet de purgatorio, ut conscientias perterrefaceret,

64 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 ad virtutem accenderet, ac homines in officio re-
 tineret, is absurdè veritatem mendacio juvare co-
 naretur. Hinc illam impietate qua quis interpre-
 tando studet nocere Ecclesiæ negat stare posse
 cum prophetiâ, Thomas Aquinas p. 2. q. 172. art. 4.
 Solus IV. veritatis amor inveniendæ & zelus in ob-
 tentâ conservandâ laudabilis in Interprete affe-
 ctus est. V. *Brevitas* in exponendis auctoribus. Ni-
 hil enim molestius est, quàm audire vel *Hasselbac-*
chium aliquem, qui teste *Sixto Senens.* viginti & u-
 num annos consumsit in exponendo primo capi-
 te *Esaiæ*, & commentariorum scripsit viginti qua-
 tuor libros; vel *Rabb. Isaacum*, de quo *Abenezra* te-
 statur, quod caput primum *Geneseos* duobus spif-
 sis voluminibus complexus occasione lucis, to-
 tam opticam; occasione plantarum botanolo-
 giam; occasione animalium *Physicam* monstrôsâ
 confusione explicuerit.

ARTICULUS IV.

*Objectum Hermenevticæ non esse quamlibet obscurita-
 tem, sed obscuritatem solum signorum, ut vo-
 cant, doctrinalium & oratione ex-
 positorum.*

§. 17. Cum multa sint signa in naturâ, quæ ex-
 positione opus habent, ut sunt *hieroglyphica* de qui-
 bus *Pierius*; varia objecta *divinationum*, de quibus
 integros libros contexuere ex antiquis *Cicero*, è
 nostris *Peucerus*, quibus peculiaris ars græcis *μαρ-
 τικὴ* dicta, respondet: Tùm certum est non aliud
Hermenevticæ objectum esse, quàm in quo libri
Aristotelis *de ἰσπανείας* sunt occupati; quos ego
 sic

sic dictos existimo, non ratione *ὑπόθεσις*, quasi doceant sensa mentis oratione exponere, sed ratione *ἀναλύσις*, quia tradunt, modum interpretandi orationes jam dum ab alio seu voce seu scripturâ prolatas: quod suadere videtur Aristoteles, commodè fieri posse, si orationes non logicas distinxerimus à logicis & enunciativis: in apparentibus contractionibus solvendi sciverimus quæ enunciata inter se pugnent, quæ minus? Cujusmodi præcepta infra quoque enumerabimus, sed addemus alia plura quæ Aristoteles seu ignoravit, seu clam habuit, atque ita imperfectam hermenevticam nobis reliquit, etiam si in iis quæ hoc de argumento scripsit *calamum in mente tinxisse videatur*, quò elogio hos libros prosequitur *Isidorus Hispal.* l. 2, orig. c. 27.

§. 18. Sunt autem objecta Hermenevticæ Aristotelicæ, non quævis signa, sed *voluntaria & doctrinalia*: *voluntaria* quia *ἄρτι* *ὑποθέσει* lib. 1. *ἡ ἐπιμ.* cap. 1. *doctrinalia* quia ad logicam accommodata & supposita pro rebus ipsis; videatur *Francisc. Murcia disp.* 1 *derat. term.* q 3. Hæc signa quatenus obscura, sunt objectum Hermenevticæ, ut ita signum voluntarium ac doctrinale, sit materiale, quatenus obscurum, formale. Paucis, *omnis oratio foras prolata quatenus obscura sed exponibilis est hujus tractatus objectum.*

ARTICULUS V.

Definitio Hermenevtica facultatis, unâ cum ordinis ratione explanatur.

§. 19. Quod nomen attinet, communiter ἐρμηνεία & interpretatio dicitur, quæ justa est, adque leges bonæ interpretationis amussitata: in Scripturâ S. prophetiæ quoque nomine comprehenditur, & si verum fateri volumus ὀρθολομίας, cujus mentio fit 2. Tim. 2, 15. ubi Apostolus Timotheum vult εἶναι ὀρθοτομῶντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Quam vocem frustra sunt, qui de Ramistico illo διχοτομίας studio exponunt, cum quæ in minimum pulverem secantur, similia sint confusis, ut loquitur Seneca, adeoque ab interprete perspicuitatis studio aliena. Significat igitur ex ingenio Græcæ linguæ, ut rectè notat Fullerus l. 3. miscell. sacr. c. 16. rectè tractare & exponere scripturam sacram. Sicut enim κρηνοτομῆν Græcis non notat nova secare, sed novas res moliri, & διχοτομῆν rejicere Matth. 24. v. 51. ita ὀρθοτομῆν non est idem quod rectè secare, sed quod rectè tractare. Ut subtilior fuerit Beza & curiosior quàm verior, quando metaphoram hîc subolfacit sumtam à distributione victimarum leuiticâ, ad quam respexisse hic Paulum, difficile profectò ad fidem.

§. 20. Nomen interpretationi oppositum est, CALVMNIA: quæ quidem vox in genere quamvis fallaciâ & fraudationem in judicio factam notat, specialissimè nimis callidam & malitiosam interpretationem juris, juxta Tull. lib. 1. de off. μίσους autem & communiter, sicut hoc in loco, significat mendacem interpretationem verborum. Mendacem dico, quâ voce duo exprimentur. 1. Malitia in animo proferentis, non enim omnis falsa interpre-

Interpretatio calumnia est, sicut nec omne sophisma arguit sophistam, ut demonstravimus in *Ideâ boni disp.* p. 132. & seqq. sed interpretatio malitiosa & affectata. 2. *Contradictio* & veri sensus omnimoda everfio. Non enim mentitur qui vel celat omnino, vel dicit disparatam, vel similem veritatem, sed qui contradictoriam, e. g. 2. obstetrices Ægyptiæ Exod. 1, 19. in animo duplicem habuerunt veritatis conceptum, utrumque propositione biparticulari comprehensum. *Quadam mulieres Hebrææ egent obstetricis operâ. Quadam mulieres Hebrææ non egent obstetricis opera*, nimirum *lochabel* Moisi mater, de quâ testatur *Iosephus* l. 2. c. 5. quod tam facile fuerit enixa, ut observatores fefellerit, nihil sentientes eorum, quæ in vulgaribus puerperiis sentiri solent. Cum itaque Rex accusaret obstetrices neglecti mandati. Illæ verissimè responderunt, sed propositione indefinitâ, mulieres Hebrææ non egent obstetricis operâ. Si verò mente cogitassent, omnes mulieres Hebrææ non egere obstetricæ, tùm demum fuissent mentitæ, dixissent enim contradictorium conceptus interni. Ita 2. *Christus Matth.* 8, 4. *Nemini, inquit, dixeris*, scilicet quasi ego famam tanquam miraculi mercedem ambitum. Hæc fuit completa Christi cogitatio, cujus partem unam exprimit, alteram quæ causam prohibitionis continet, silentio involvit: secus conciliari hic locus non posset cum *Marc.* 5, 19. *Luc.* 8, 39. Non hîc est mendacium, sed veritatis ex parte occultatio. Proinde pessimè *Priscilianista* locum *Luc.* 24, v. 28. advocarunt in patrocinium

28 IDEA BONI INTERPRETIS ET
mendacii, teste *August. l. contra mend. c. 13.* Nam cum
gestu finxit se longius ite signo externo, unam
partem sui conceptus signo expressit, alteram oc-
cultavit. Fuit enim ejus conceptus conditionalis,
*Ego peregrinatoris personam sustinens longius ibo nisi de-
sinear.* Rem posuit, conditionem subtrixit. Quæ
fufius non nihil exponere volumus, quia experi-
mur, in naturâ mendacii intelligenda multis aquâ
hætere. Est igitur *calumniâ mendax & contradictoria
interpretatio textus*, cum, ut loquitur *Flandr. 5. Me-
taph. q. 17. art. 5.* oppositum glossatur per opposi-
tum, glossa destruentem textum. Exemplum illustre
suppeditant nobis in materiâ de cultu imaginum
Pontificii. *Thomas Aquinas* suam de illa re senten-
tiam his verbis concepit *part. 3. q. 45. art. 3.* *Cum Chri-
stus latria adoratione sit adorandus, imago quoque eius
eadem adoratione adoranda est. Imago consideratur vel
secundum rem, vel quatenus est imago. Ligno crucis, qua-
tenus lignum est nulla reverentia debetur, quia reveren-
tia non nisi rationali nature debetur. Ergo ei reveren-
tia debetur, quatenus est imago, jam motus qui est in
immagine est unus & idem cum illo qui fertur in rem &c.*
Hec Thomas. Quæ verba *Vasquez. tom. 1. in p. 3.
d. 108. cap. 3.* dupliciter exponit 1. quod cum in
adoratione duo sint, externus gestus & interna
intentio, hæc ad prototypum, ille ad imaginem
sit referendus. 2. quod idem quidem honor exhi-
beatur prototypo & typo, sed illi propter se, huic
propter illud. Hæc interpretatio verborum Tho-
mæ sublesta est, quia contradicit ipsi textui. *Sicut
Suares acutè ostendit disput. 34. s. 4. In eadem sententiâ*
scri-

scribens, (Durandi scilicet) sint velint nolint illi moderni qui solam actionem externam, non autem intentionem adorandi dicunt circa imaginem versari. Quantum enim verbis proclamant, sesequi D. Thomam, dicentem imaginem adorari eadem adoratione, quâ prototypon, tamen revera illi contradicunt, ac in rigore negant imaginem eadem adoratione coli, quâ prototypon, cum in rigore negent adorari. Quia si non adoratur, neq; eadem adoratione adoratur. Nam actio externa non est adoratio, nisi ut informatur internâ seu intentione adorandi. 2. latria est summus cultus, implicat autem esse summum cultum & adorari propter aliud. Nam omnis latria exhibetur primo principio, & simulac alii exhibetur, non est amplius latria: primum autem principium nequit propter aliud adorari. Hujus calumniæ se faciant reos quicumque sensum tropicum cum proprio non coacti permittant, ut infra demonstrabimus.

§. 21. His positis facile est definitionem utramque tum Interpretis, tum Sycophantæ & Cavillatoris constituere. *Interpres enim est analyticus orationum omnium quatenus sunt obscure, sed exponibiles, ad discernendum verum sensum a falso. Calumniator est Sophista textum interpretandum evertens.*

§. 22. Hactenus proœmium totius tractatus. Cui mantissam de ordine quem sumus secuturi adjungemus. Ordo est, ut constat. analyticus. Proposito igitur hactenus sine & subjecto, sectione secundâ partis primæ morbum ipsum exponemus unâ cum ejus causis: sectione tertiâ emplastrum quæremus atque remedia. Ut prima sectio
fuit

10 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 fuit quasi φυσιολογικῆ, ita secunda erit παθολογικῆ
 tertia διεσπαστικῆ. Quia verò hic quoque inveni-
 re licet divisionem in partem communem & pro-
 priam, de parte communis, quæ agit de oratione
 obscurâ in genere, in primâ parte agemus: in se-
 cundâ absolvemus partem propriam, quæ oratio-
 nes obscuras in specie considerabit. Et quia is o-
 ptimè docet qui similitudinibus docet. Ideo opti-
 câ utemur, tanquam facultate ejusmodi, quæ no-
 stræ hermenevticæ sit quàm similima.

PARTIS PRIMÆ SE- CTIONIS SECUNDÆ

quasi παθολογικῆς.

ARTICULUS I.

*In quò morbi ipsi interpretationem corrumpen-
 tes, & causæ eorundem in genere
 exponuntur.*

§. 23. Omne vitium interpretationi justæ
 oppositum ad duplex quasi genus morbi referri
 potest. Unum est *ratione subjecti, mentis indisposi-
 tio* alterum *ratione obiecti, obscuritas in Re*. Illa prior
 si sit ex malitiâ parit ignorantiam pravæ disposi-
 tionis: hæc ignorantiam κατ' ἀπόφασιν, quarum
 illa hæc pejor est. Ne autem quis miretur, cur
 obscuritatem nos morbum appellemus, cum sæ-
 pe intellectui sit grata & jucunda, teste Fabio lib. 8.
in st. orat. cap. 2. Quid enim suavius est illâ Cicero-
 nis

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 3

nisi homonymiâ, quâ luit in octavium, *octavium* inquit esse laudandum & tollendum. Idem respondemus obscuritatem nondum agnitam & λόγοις λαοίς illustratam, esse similem morbo nondum sanato; Ut verò cum sanatus est magis vividum corpus & alacre apparet. Ita acumine hæc talia suo delectant postquam agnita sunt, ut ibid. *Fabius* loquitur.

Quia verò nostrum non est *Aliptam* agere aut *Agyrtam*, sed *Medicum*, qui vulnus tangat & manum immittat profundius, qui è solo ac imis radicibus morbum refellat: ideo ante omnia utriusq; morbi causas afferemus, quas hoc schematismo includimus, ut exhibeat argumentum universæ sectionis secundæ.

Omnia

IDEA BONI INTERPRETISE

Omnis hallucinatio bonæ Interpretationi opposita, est vel ex

Subiecti { Intellectus { Debilitate { Naturalis
 { Voluntas malitiâ, quæ à Sp. S. vocatur *idia iriavoris*.
 { Per negligentiam abstracta.
 { Preoccupatione.

Obiecti { Nimio splendore & perspicuitate.
 { Exilitate, quæ est vel infirmitas gnorum

Com-plexorum { 1. Sensu, nato vel ex { 1. *Βεβηλολογία*, seu acumine.
 { 2. *Μαγελογία*,
 { 3. *Αμφιλογία*, Vera.
 { Apparenti.
 { 2. Literaturâ.
 { 3. Stylo.
 { 4. Ordine.
 { 5. Connexione.
 { 6. Apparenti Contradictione,
 { Incomplexorum, vel { 1. Obscuritate.
 { 2. Equivocatione.

ARTICULUS II.

De obscuritate ratione subiecti prima.

§. 24. Prima huius schematis *Categoria* sumpta est ex Aristotele l. 4. *metaph.* c. 1. t. 1. & Dn. D. Havvenreut. in *Comm.* ad illum locum p. m. 207. Seneca l. 7. *nat. qq.* cap. ult. Suarez *disp. Metaph.* 9. l. 3. n. 4. maximè verò Scaligero *exerc.* 339. l. 12. Prima igitur obscuritatis causa est conditio subiecti vel intelligentis vel intelligere volentis. Intelligentis quidem *n. debilitate*, cuius gratia nostrum intellectum Arist. loco citato comparat *hyeticoraci*: Illa autem debilitas vel naturalis est, vel per negligentiam attracta, dum quod videre possemus non videmus. Naturalis debilitatis exemplum præbet (nam ex analogiâ visus, intellectum nostrum agnoscamus) visus Antiferontis Oretani, qui tum *opticos* tum *Physicos* veteres semper plurimum vexavit; is enim in aëte sui ipsius imaginem representasse fertur. Alii causam ascribunt radiis opticis, alii nubeculæ æqualiter densæ currugatæ ante pupillum oculi, in quâ dicebant reflexam fuisse imaginem, teste Zanardo l. de *meteor. aët.* q. 14. Sed veram causam aperuit nupet Johannes Pena Regius *Mathemat.* in præfat. de usu *optices* ad Principem Carolum Lotharingium Cardinalem; editâ Casellis, cuius verba placet describere: Inveni sunt, inquit, hac ætate, qui de *Physicis* scripserunt, qui hominum animos huc remeare & terrestria loca velut postliminò repetere asseruerunt. Hujus rei argumentum hoc

C

dede.

dederunt, quia à multis conspecti essent hi animi, nocte concubiâ. Sed ut id fieri posse concedo, ita argumentû hoc valde leve esse assero. Docet enim optica reflexionem radiorum corporis cujuslibet fieri non solum à speculis, sed etiam ab aqua aëre denso, caligine & vapore roscido, eamque ob causam plerumque nocte intemptâ, in crasso, tenebricoso & calliginoso aëre imaginem nostram reflecti, præsertim si oculorum acies retusior facta sit. Itaque silicernia & mulieres vetulæ, quibus propter decrepitam ætatem hebetior est visus, frequenter hæc spectra cernunt. Quin etiam hi quibus vel lippiunt, vel ex vehementi aliqua perturbatione imbecilliores fiunt oculi, id non sine stupore & consternatione vident, & tamen nihil aliud, quàm suam ipsorum imaginem vident, idque, quod tantoperè reformidant ipsorum simulacrum atque imago est. Itaque Orestis, vigiliis, metu, mœrore, & animi ægritudine confecto furias sibi passim à matre injici dicenti

O mater obsecro noli me persequi

His furis aspectu anguineis, horribilibus.

Ecce, ecce, me me invadunt, in me jam ruunt.

Cui respondet Electra

Quiesce, quiesce miser in linteis tuis,

Non cernis etenim qua videre te putas.

Nimirum putabat Orestes in lectulo positus videre se Furias, cum suam imaginem ab aëre reflexam cerneret. Huius rei exemplum est in Meteorologiâ Aristotelis, de quodam, quem interpretes Antiphetontem nominant, qui noctu in aëre nubilo & crasso

MALITIOSI CALVMNIATORIS.

& crasso seipsum uti in speculo cerneret. Clarius & illustrius, id est, quod à Vitellione refertur. Socium habuit Vitellio studiosum & pervigilem, qui cum noctes aliquot sine somno pertulisset atque imbecillior factus, noctu peregrè proficisceretur, per fluminis crepidinem obequitans, ubi aër densior & caliginosior esset, alterum equitem vidit sibi præeuntem, atque omnia penitus facientem, quæ ipse faceret. Hoc miraculo attonitus, cum tandem ad Vitellionem redisset & ostentum narrasset, ab eo intellexit, se sibi terrore fuisse, nec quicquam aliud vidisse quàm sui ipsius simulacrum ab aère denso & roscido reflexum. Hæc hæctenus Pena. Quæ quia in visu hoc modo contingunt, argumento sunt, si intellectus nimis sit hebes, non eum penetraturum esse ad verum sensum.

§. 25. Quia verò plurimis non natura sed cultus deest, plurimi quadam negligentia eiusmodi debilitatem vel sibi præsumunt, vel certè demùm pariunt: Quoties enim hæc ad aures nostras perveniunt voces; manebo ego in explicatione veteri: non iis ego sum ingenii viribus, ut cum tantis viris comparari queam, sequar potius calcatam viam, quam ut novam quæram. Hi homines non agnoscunt dona Dei in ipsis abscondita, adeoq; rubiginem contrahunt; agnitori si veternum excutere vellent. Sicut autem miseranda eorum conditio est, qui cum ægri sint morbum non sentiunt; ita contra ridenda eorum est superstitio, qui cū ægri non sint, sub ægritudinis prætextu labore fugiunt

36 IDEA BONI INTERPRETIS ET
fugiant. Rem denuo referamus ad opticam, at
mitteamus utile dulci. Patimur in eâ non raro
nobis glaucoma objici, quod tamen si visu nostro
rectè uti vellemus, nullum esset futurum: Audia-
mus iterum nostrum *Iohannem Penam locisit*. Quid
hoc loco dicam de geniorum præsentia & conspe-
ctu, aut de Dæmonum evocationibus quæ à ple-
risque physicis habere causas existimantur? Plu-
tarchus spectra Dionii Brutoque visa certâ natura
legè fieri disputat, Pselus Dæmonas putat cer-
tum habere nexum cum physicis corporibus,
quorum odio vel amore pellantur vel asciscantur
& aspectabiles fiant. (Porphyrius in h. quem scri-
psit de antro Homérico, genios putat habere cor-
pus valde subtile, sed aërium & humidum, & cum
aëris naturâ calore attenuetur, frigore verò den-
sescat, hinc fieri colligit, ut interdum oculorum
aciem fugiant ob lucis calorem, noctu verò den-
sentur & aspectabiles fiant propter nocturnum
frigus. Ut halitum nostrum æstate non videmus
ob tenuitatem, hyeme autem cernimus) Nec ego
ejusmodi vel geniorum præsentias, vel manium
& Umbrarum evocationes negare velim, cum &
profanæ literæ & sacrosancta scripta eius generis
exemplis scateant &c. *Et mox*. Sed ut ista conce-
do, ut manes & genios à pythonissis educi & exhi-
beri posse non nego, ita multa incredibili homi-
num arte & fallaciâ fieri dico, quæ rerum imperiti
pythonibus ascribant, quæ cuilibet nisi optices
perito possent imponere. Quis enim mulierum
veneficarum promissa non miratur, cujuslibet
emo.

emorituri manes se exhibituras pollicentium? Ad hæc mysteria adhibent speculum mundatum sacris precationibus, quibus animos allici dicunt, Tota res mihi suspecta est, fieriq; potest, ut ingens aliqua subsit calliditas. Docet enim ea optices pars, quæ Catoptrice dicitur speculum componere, quod objectas imagines non in se retineat, sed in aëra rejiciat. Quid ergò prohibet, mulieres astutas hoc speculo hominum oculos ludificari, ut evocatos manes mortuorum se videre existiment, cum tamen aut pueri aut statuar alicujus delitescentis simulacrum in aëre extra speculum videant? Nam quod certissimum quidem est, fidem tamen omnem videtur excedere, si Cylindricum speculum in cubiculo undecunque clauso, ita utatur, extra autem cubiculum ponatur larva aut statua aut quidlibet aliud, ita tamen, ut in fenestrâ vel ostio cubiculi sit rimula aliqua, per quam radii à larvâ in speculum irumpant, imago larvæ extra cubiculum positæ intra cubiculum cernitur in aëre pendens, & cum reflexiones à speculis illis nonnihil deformes sint, ut rei speciosæ deformem imaginem ostendant, quam tetra & terribilis videbitur imago larvæ ad horrorem & consternationem comparatur? &c. Et mox, collocatur consultor eo loco, quod radius à speculo reflexus tendit: videt igitur non in speculo, sed in aëre extra speculum, spectrû tremulum, propterea quod speculum appensum tenui filo nonnihil tremit. Videt cassam & exanguem imaginem in aëre pendulam, horrificam, ad ipsum etiam accedentem,

38 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 si larva ad rimam propius accedat. *Haecenus Penas.*
 Huiusmodi pythoniſtæ conſultor ſi artem & frau-
 dem inveſtigaret, & non timidè de fugâ ac exitu
 cogitaret, fortalliſs depræhendere poſſet technam.
 Si ut igitur quidam decipiuntur, quia religioſè
 nimis eiufmodi pythonyſtam venerantur: Ita ſu-
 perſtitio in ea principia inquirendi ex quibus
 Commentarius prodiit, & ἀναλύσεισ propriæ ne-
 gligentia, magnus certè morbus eſt, qui verita-
 tem tùm in intelligendo vero, tùm in ſenſu eru-
 endo impedit.

ARTICULUS III.

De hallucinatione ex præoccupatione &

ἰδία ἐπιλύσεισ

§. 16. Hallucinatio ratione ſubiecti tertia eſt
 ex præoccupatione, in iudicia præoccupate, ex opinione
 præconcepta. Per quam præconceptionem non
 intelliguntur habitus instrumentales quibus in
 expoſitione textus accuratâ opus eſt, nam hi non
 ſunt partium ſtudioſi, & modum ſolùm intelli-
 gendi ſubminiſtrant, reales verdò opinione de ſe
 nullas pariunt; ſicut perſpicillo quidem ſine erro-
 re uti licet, non item perſpicillo colorato. Hinc Epi-
 phan. her. 75. πάντα Καφῆ ἐν τῇ θεῖα γραφῇ τοῖς βλοο-
 μένοις εὐσεβῆ λογισμῶν περιεργαζ τῷ θεῖω λόγῳ. Sed
 intelligitur præſumptio opinionum ad textum pro-
 poſitum determinata. Hæc præſumptio triplex eſt
 1. audita à Præceptore. 2. viſa in Commentariis. 3. Im-
 porata à voluntate. 1. Audita à Præceptore per tradu-
 ſem eſt frequentiffima, cum omnes malint oculis
 videre

videre alienis quàm suis. Talis fuit Cabala Hæbræorum, quam dicebant esse abstrusiorum sensuum in lege, non literalium sed mysticorum, traditione acceptam diuinitus à Mose illis 40. diebus quibus in monte Sinai à populo abfuit, derivatam postea successivè in posteros. Talis fuit ferè sententiaria Theologia, qui Patrum sententias, in eum posuit locum, ubi solis divinis oraculis locus patet. talia Sorbonistarum decreta fuerunt: Ita sentiunt Magistri nostri. Tales adhuc sunt, qui id demùm opinantur esse explicare textum aliquem controversum, si multos coacervare patronos ac auctores possint, veritas submergat, an vincat, nihil pensi habentes. Nunquam hi audiverunt illud Augustini, *non fecerunt hæreses nisi magna nomina; nunquam Zabi, ICTI* quodam in loco, *quoties, scribentis, audio communem sententiam, toties mihi opinio est suspecta.* Hanc huiusmodi servilem explicationem in vitio esse, his ostenditur argumentis, 1. *Ratione* quam Aristoteles suppeditat. lib. 3. de an. cap. 4. 3. 4. *παραμυθαιόμενον καλύπει τὸ ἀλόγιον*, quò axioma: à cognoscente potentiâ requirit denudationem organi à sensibili ipso. 2. *Similitudinibus.* 1. tinniente aure intus, difficulter auditur sonus exterior; lingua amaro humore illita, omnia iudicat esse amara: Ictericis omnia videntur pallida, cruenta iis qui suffusione oculorum laborant; *Scal. exerc. 75, f. ult.* Si densus & crassus humor medium pupillæ occupat, omnia apparent perforata: si humor idè fuerit niger, muscis omnia plena videntur. *Risner. lib. 2. optic. cap. 28.* Tandem

40 IDEA BONI INTERPRETIS ET
arquetis & veternotis quæ lucea non sunt, luteæ
videntur, de his Lucret. hunc in modum canit :

*Lurida præterea sunt, quæcunque videntur
Arquetæ, quia luxuriam de corpore eorum
Semina multa fluunt, simulacra ebria rerum
Multaque sunt oculis in eorum denique mista,
Quæ centage suæ pallentibus omnia pingunt.*

3. Testimonium sapientissimorum Philosophorum,
qui in nullius gratiam quicquam loquuntur. Se-
neca nulla res, scribit, maioribus malis implicat, quam
quod ad rumorem componitur, optima rati, qua magna
consensu recepta sunt, nec ad similitudinem vivimus (in-
terpretamur,) sic quod in strage magna evenit cum ipse
se populus premit: nemo ita cadit, ut non alium in se at-
trahat primi exitio sequentibus sunt: ita plurimos decipit
radix error. & Cicero 1. de nat. Deor. 7. 10. Quin
obest pterunque in, qui se docere prostentur, desinunt
anim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod ab
eo, quem probant, iudicatum vident. 4. Exemplis eo-
rum, quos iudicium occupatum decipit, tùm Ju-
dæorum in univrsam, tùm Apostolorum in spe-
cie, tùm Eunuchi Act. 8. 35. singulatim, qui omnes
intelligere verbum Dei non poterant, quia munda-
nis de terrestri messia cogitationibus fuerunt
occupati. v. Luc. 18, 32, discamus igitur nos ex alie-
no periculo sapere, Hinc sequitur & superbos il-
los esse præceptores, qui sua discipulis obtrudant
tanquam oracula aut prætorica edicta: & servili
esse discipulos ingenio, qui omnibus præceptoris
placitis ceu saxi adherent.

§. 27. Altera præsumptio est prævisa in Com-
mentis

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 44
mentariis, quam sane rationi adversari probatur
1. ex ratione syllogismo per $\alpha\rho\delta\epsilon\lambda\eta$ §. IV inclusâ

Q. Intuetur picturam prius denigratam, & in suo ac
nativo colore contemplari picturam nequit.

Q. Per Commentarium videt textum aliquem contra
versum, is ($\alpha\rho\alpha\lambda\beta\gamma\omega\varsigma$) videt picturam prius de-
nigratam. Ergo

Q. Per Commentarium videt, is in suo ac nativo colo-
re (sensu) contemplari textum nequit.

2. Similitudinibus opticis, sicut lampades ex oleo vi-
ridi constantes, quod fieri dicitur ex uva immaturâ,
quæ ad solem prius aruerit, omnia viridia re-
presentant; Sicut lucerna ex aquâ ardente & sale,
in tenebris facies veluti mortuorum refert: Sicut
objectis coloribus intermediis videtur.

Tithoni $\text{C}\alpha\alpha\epsilon\text{r}\text{u}\text{m}$ linquens aurora cubile
Ita Commentario intellectus $\mu\epsilon\lambda\epsilon\alpha\chi\eta\mu\alpha\lambda\iota\zeta\epsilon\lambda\alpha\sigma\phi\alpha\lambda\lambda\epsilon\lambda\alpha\chi\alpha\iota\ \alpha\mu\alpha\nu\epsilon\tau\alpha\iota$, & videt non mentem auctoris,
sed commentantis. Sicut medium est Tyrannus spe-
cierum, teste Scalig. exerc. 80. §. 4. Ita Commentarius
Tyrannidem quodammodo exercet in nostrum
intellectum. 3. Testimonio sapientissimi Seneca, Tur-
pe (in quientis epist. 33.) est ex Commentario sapere.
4. Exemplis eorum, quos Commentarii in errorum
diverticula abduxerunt, maximè Phariseorum,
quorum Commentarii & textum Biblicum ever-
terunt & discipulis suis hallucinandi occasionem
præbuerunt, uti liquet ex cap. 1. Matthæi toto, in
quo acutissimâ cote rubiginem expositionum
Servator detrahit, id quod prolixius sumus de-
monstraturi inferius.

83 IDEA BONI INTERPRETIS ET

§. 28. Ex hæctenus positis liquet, velint nolint, non posse Pontificios textum sacrum exponere vel ex traditionibus, vel ex Patrum Commentariis: quia hoc sit intellectum spissè prius præoccupare & per speculum alieno colore imbutum verum ac germanum velle cognoscere sensum: Immo patet ex dictis in morboniam ableganda esse illa tot clamoribus jactata interpretandi media. *Dices* Ergone Commentarii profus abjiciendi, Ergone contemnendæ prophetiæ? Resp. non certè, sed postponendi illi sunt: hæc judicio logico ac analytico examinandæ, sicut infra planum fiat in remediis.

§. 29. *Imperata à voluntate*, (Duce scilicet tum intellectus tum omnium actionum humanarum) vel cogitur ab affectu aliquo voluntatem incitante, vel planè libera est & non rarè licentiosa. Illam priorem videt *Aristoteles* quando lib. 1. Rhet. cap. 1. scribit occupari affectibus simile esse, ac si quis quæ usus est regulâ, eam prius redderet perversam: damnat *Seneca* epist. 60. & *Quintil.* lib. 6. cap. 3. ille quidem, cum ait, affectus rem consilio & cogitatione videre non sinit: hic amantes de formis nihil judicare. Planè libera est Poëtarum illa, quorum est sicut pictorum sensum inferre, ut *Lipsius* testatur in præfat. Pol. p. 20. Affinitatem cum his commentis habent raptus Enthusiastici, somnia itidem Anabaptistica & Wigeliana, quæ eum sensum esse auctoris sibi persuadent, qui in solum venit, vel somnio obrepit. Hanc posteriorem interpretandi rationem repudiat è veteribus *Ammonius*, quando studere

studere jubet τὴν τῶ ἀρχαίῳ διάνοιαν Καρλίωζιν καὶ ἱερ-
 μωνδίν, ἢ τὰ ἡμῖν, ἀλλὰ τὰ αὐτῶ δοκύντα: è recentiori-
 bus divinus Scaliger. lib. 1. in Theophr. p. 10. Summas
 cum scribit, Interpretis fides est, ut explicet non quid
 ipse sentiat, sed quid auctor, quem suscipit interpretan-
 dum. Non enim simile est hoc negotium atque id quod
 de Sophocle & Euripido circumfertur. Horum alter per-
 sonas quales fuissent, alter quales esse debuissent, sese fin-
 gere est professus. Omnem verò in universum ἰδίαν
 (ut Basil. vocat) βέλτισιν, uno nomine damnat Spi-
 ritus S. ἰδίας ὀπλύπας, cuius hæc sunt verba 2. Pet.
 c. 1 v. 10. Τῆτα πρώτων γινώσκοντες ὅτι πᾶσα προφητεία
 γεγραμῆς, ἰδίας ὀπλύστως ἐγίνεθ. & c. Per ἰδίαν ὀπ-
 λυσιν quaestio est quid intelligatur? Bellarminus in-
 telligit spiritum privatum in privato homine re-
 sidentem & eum opponit Spiritui publico toti
 Catholicae Ecclesiae, maximè verò concilio Epi-
 scoporum concessò? Sed Apostolus privatam in-
 terpretationem, non opponit interpretationi pu-
 blicae in Ecclesia sonanti; sed voluntati Spiritus S.
 ita scripturam intelligi volentis. Hæc enim est De
 Petri ratiocinatio.

*Is est interpret scriptura, qui & auctor: sicut & ICTI
 èl. si imperial, C. de LL. & c. inter alia S. ut igitur
 de font. excom. loquuntur.*

*Sed propria hominis voluntas, siue humana voluntas
 (quæ etiam in toto aliquo concilio unani-
 mis ac merè humana esse potest) non est au-
 thor Scriptura S. Ergo*

Etiam non est interpret.

IDEA BONI INTERPRETIS ET
ARTICULUS IV.

*De causis errorum ex obiecti nimio splendore
& exilitate.*

§. 30. Si Regulus à Carthaginensibus & vincit
à Dionysio nimio solis splendore fuerunt excæ-
cati; si Democritus Abderites teste *Gellio*, consti-
tuto Aeneo Clypeo contra Solem, sibi met oculos
aciemq; luminis effodit; si denique Xenephontis
milites è nivis nimixque claritudinis refusione
graves noxas contraxerunt, quæ *ἡ ἀσπίς τῶν ἀντι-
φορῶν ἐστὶν ἡ ἀσπίς τῶν ἀντι-
φορῶν* lib. 2. de an. cap. 12. t. 123.
quid mirum si excellens orationis perspicuitas
non rarò mentis aciem hebetat? id quod fieri so-
let 1. in iis, quas *Quintil.* l. 8. c. 2. καὶ ἔξοχῆ ἀδιὰ νόησιν
appellat Apostolus Petrus *δυσκόνητα* 2. Pet. 3. 16. ut
sunt quæ verbis aperta, occulto sunt sensu, ut con-
ductus est cæcus secus viam stare, & qui suos artus marsu
lacerasset, fingitur in scholis supra se cubasse: quæ dela-
ctant suo acumine non quasi adjuverint legentes, sed qua-
si hi invenerint. Huc pertinent ænigmata verbis cla-
rissima, sensu acuto obscura; orationes quæ ma-
gna continent mysteria; itè parabolæ Christi, Nam
quo docendi genere Christus uti voluit ad majorè
illustrationem, illud minimè capere potuerunt
alienis opinionibus fascinati auditores Christi. 2.
in orationibus maximè latinis, & suæ linguæ idioma-
tibus præillustribus. Quæ enim est causa, ob quam
Corpus Juris non ab omnibus illicd cum legitur,
intelligitur? eadem quæ & Ciceronis lectionem
impedit, quia nostri homines plerumque assueti
sunt

sunt ad vulgarem illam & quotidie occurrentem latinam, proprietates linguæ latinæ, phrasæ & idiotismos clarissimos non percipiunt. 3. in orationibus terminis artis constantibus. Quid enim est, quamobrem vulgus studiosorum ab his libris abhorret, qui terminis metaphysicis rem omnem perspicue exponunt, nisi & illa quæ Aristotelici organi lectionem moratur: adeoque ex quâ causâ auctor maximè perspicuus esse voluit, eâ vesperationes eiusmodi abutuntur ad obscuritatis calumniam, vide sis *Idea boni disp. p. 32 & seq.* Hæc causa ut omnes intelligunt, est obscuritatis causa per accidens. Hæc illa clarissima lux est, ad quam cæcitantur nycticores, de quibus *h. e. min. metaph. c. 1.*

5. 31. Sicut autem non splendor solum visui officit: sed & vel lucis vel rei objectæ exilitas, nam in crepusculis plurimus error accidit in omnibus visibilibus: Ita orationis innata quæpiam obscuritas glaucoma obicere intellectui potest. Quæ 1. oritur ex orationis Βραχυλογία. Virtus hæc fit orationis an vitium, cum nemine ferram contentio nis recipiamus. Interim tamen quod obscuram reddat orationem vel ex proverbio illo longe est certissimum

————— *dum brevis esse laboro*
obscurus fio —————

Animadversa hæc Brevilloquentia est in scriptis Thucydidi subobscuris, à Cicerone in Bruto & Dionysio Halicarnassæo l. 1. c. 1. & Thucυδιδου ιδιωμάτων. In scriptis Athenæ à Causab. præcipue lib. 8. animadv. in Athenæ. cap. 2. Quibus è latinis *Perfium* adiciamus
ἀλόγη

ἢ λόγῳ λακὸν alieniorem. II. ex orationis μικρολογία sive multiloquentiâ: nam & memoria perturbatur invisâ copiâ, multarumque rerum enumeratione *Quintil. lib. 8. c. 2.* Præsertim ἀποδόσεις & accommodaciones longô demum intervallo redantur. III. Præcipuè verò obscuritas nascitur ex sensus ἀμφιβολία, quæ si est in una voce ὁμωνυμία appellatur: si in oratione aut phrasi integrâ, dicitur ἀμφιβολία καὶ ἐξοχῶ: de utraque prolixè actum est in *Idea boni disp. p. 141. & seqq.*

§. 32. Hic demum nascitur nobilis controversia, inq̄. hâc totâ ideâ præcipua. *An unius orationis multiplex esse sensus possit?* De hac quæstione prima sententia *Cabalistarum*, qui, ut refert *Picus Mirandul.* in suâ *Apolog. p. m. 175.* statuunt Moſen in Monte Sinai duplicem accepisse Legem, literalem & spirituales: illam scripsisse & ex præcepto Dei populo communicasse: de hâc verò mandatum ei à Deo, ne ipsam scriberet, sed sapientibus solum qui erat LXX. communicaret, & paulò post *Cabala est verus Legis sensus ab ore Dei acceptus.* Idem *Picus* ib. conatur Judæos hodiernos ex Cabalâ impietatis convincere. Nam Cabala Judæorû nihil est aliud, quam, ut Patres appellant, sensus anagogicus sursum nos ducens à terrenis ad cœlestia. Et hinc est, addit, quod validissima inde argumenta habentur cōtra Judæos, quia discordia, quæ est inter nos & illos, hinc tota præcipuè pendet, quod ipsi sequuntur literam occidentem: nos spiritum vivificantem, quod unico exemplo sufficit nunc declarasse. Nam cū eis in prophetiis promittitur, quod

Messias

MALITIOSI CALVMNIATORIS: 47

Messias eos liberabit de captivitate & adducet in terrâ promissionis: ipsi hæc literaliter intelligentes, dici de captivitate mundanâ & de terrâ promissionis, quæ est Judæa terrestris, similiter de materiali civitate Hierusalem & templo, non possunt credere fuisse Messiam, per quem eiectioni sunt de illâ terra promissionis &c. Quod si voluerint simul cum Cabalisticis anagogicè exponendo scripturam intelligere, illa de cœlesti Hierusalem, de captivitate spirituali cognoscant & confiteantur necesse est, illum verum fuisse Messiam, per quem totus orbis de manu Dæmonis fuit liberatus.

Hætenus Picus. Cunaus de Republ. Judæorum scribit ^{his in} Judæos Cabalisticum sensum præferre literali, ^{nieh in} illum vocantes rem magnam, hanc rem parvam: ^{neo.} illum comparantes margaritæ latenti, quæ per candelam, id est, sensum literalem indagetur. Nil autem aliud est Cabala, quàm ut definit Reuchlinus, *symbolica Theologia in quâ non modo literæ ac nomina sunt signa rerum, verum etiam res verum.* Eius præcipuè duæ species sunt, una est Cabala i. *Arithmetica* quæ ex quantitate seu discretâ seu continuâ aliquid arcani colligit, ab Hebræorum Magistris vocatur **גמטריא** Gemattâija q.d. allusivè Geometria: plurima exempla in suâ *Philologiâ sacrâ* collegit Dn. D. *Glassius*: nos unum solum addemus, quod subministrat *Picus* l. sup. cit. ex Hieron. l. adv. Jovin. c. 7. *ideo in secundâ die non fuit dictum, & vidit Deus quoniam bonû, quia binarius numerus fit malus; trinarius demùm tanquam primus impar aliquâ nocet perfectionē.* Quinto inquit *Picus*, ex numero binario Hieronymus sumit

argu.

88 IDEA BONI INTERPRETIS ET

argumentum contra bigamos & propter hoc dicit, omnia animalia immanda, in arcam Noë bina ingredi: septena autem qua sunt munda. 2. *Pœtica*, idè dicta, quia Poëtæ quoq; his modis ludere solent: quæ rursus vel est *acrosticha*, quando ex literis & dictionibus vel initialibus vel finalibus aliquis sensus colligitur: si ex initialib. sensus petitur tùm vocatur *Hæbræis Rascha Theboth*, si ex finalibus *sophe Theboth*. Exemplum mirabile est Exod. 3, 13. Ubi Moses ad Angelum increatum ita loquitur, dicent Israëlita *יְהוָה מִי מִי* mibi, quod est nomen eius? Hic si finales singularum dictionum in unam dictionem cogas, prodibit nomen Dei *יהוה* vel *anagrammatica*, ut Ex. 23, 23. *יְהוָה* Angelus meus ante te. Quis verò ille Angelus fuit? respondebit *anagramma* *לְנִינִים* Plura de Cabala videantur apud *Reuchlin. de Cabala, Sixtum Senens. lib. 3. Biblioth. Clariss. Dn. Schikhard. in Bechinat. Happeruchim super Bereschis & Dn. D. Glass. Philol. sacre p. 396. & seq.*

§. 33. Secunda sententia Patrum est, qui uni scripturæ duplicem sensum tribuunt literalem & mysticum: hunc subdividunt in tres alios, nimirum allegoricum, tropologicum & anagogicum: quorum diversitas his versiculis exprimitur:

Litera gesta docet: quid credas allegoria:

Moralis, quid agas: quo tendas anagogia.

Nam *allegoria* ipsis est, cum locus V. T. aliquid significat N. T. quod ad Christum vel Ecclesiam spectat, ut Gal. 4, 22. *Tropologia* cum verba aut facta referuntur ad mores 1. Cor. 9, 9. *Anagogia* cum verba hujus seculi referuntur ad scribendas res

alterius

alterius seculi Hebr. 4, 3. Aliter hos sensus & nominare & explicare videtur *Augst. de utilitate credendi ad Honoratum cap. 3. Verus Testamentum, inquit, quadrifariam traditur, secundum historiam, secundum ætiologiam, secundum analogiam, secundum allegoriam.* Per ætiologiam intelligit J. Lipsius in not. ad cap. 9. polit. vocat explanationem, de quâ Polyb. loquitur, quando ludicrum ἀγώνισμα appellat, si ab historiâ absit τίς καὶ δια τί καὶ πῶς καὶ πρὸς καὶ τὸ πλεονέχον πρότερον: εὐλ. γὰρ ἐστὶ τὸ τέλος! paucis sensus ætiologicus Augustino est, cum facti circumstantiæ recensentur; per analogiam intelligit, cum ostenditur non adversari sibi V. & N. T. Per allegoriam deniq; cum docetur figuratè aliquam orationem esse accipiendam. Cæterùm hic reverà Augustinus non docet unius loci multiplicem sensum, sed informat Interpretem, quâ ratione V. T. explicare & cum N. T. comparare debeat? potius informat Interpretem concionatorem quàm Doctorem ac analyticum.

III. Scholastici & hodierni Iesuitæ multiplicem insuper sensum literalem uni loco tribuunt, *Thomas Aquin. part. 1. q. 1. art. 10. Bellarm. l. 3. de V. D. cap. 3 §. 2. Gordon. Huntz. l. 1. controuv. cap. 7. Becan. part. 2. Theolog. Schol. tom. post. c. 3. q. 5.* & alii magno numero, qui multiplicem in unâ oratione sensum vident, *Virg. l. Æn.*

*Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus
Et solem geminum & duplices se ostendere Thebas.*

Causa impulsiva hujus opinionis est, ut 1. obtineant Scripturæ S. obscuritatem. 2. Pontifici suam

D

authen-

50 IDEA BONI INTERPRETIS ET
authenticam judicariam potestatem asserant.

§. 34. Nostra sententia est I. *Ex eventu & hominum vitio unius orationis multos esse sensus posse, qui tamen omnes non sint sensus literalis ab auctore intentus.* Sicut enim Chamaleon in se pallidus, tamen cum Ovid. lib. 15. metam.

— *venis nutritur & aura.*

Protinus assimilatur, tetigit quoscunque colores.

Sicut ex accidenti Tarandus Scytharum mille species colorum reddit, cum libuit sui coloris esse, a signo similis est, ut testatur in optica sua Risnerus l. 1. cap. 4. Ita neglectu mediorum interpretandi varii immò contrarii sensus sæpe nascuntur, Provoco ad Interpretum pugnas qui post post multum æstum sæpe adhuc hærent in ambiguitatis vado: quorum contradictoriae explicationes, si omnes germanæ essent ac genuinæ, tùm mendacii arguerent suum auctorem. II. *Vnius orationis ex eventu multos esse posse aut usus aut lusus, qui tamen non arguant sensuum multitudinem.* Sensus enim is est, non qui artificiosè vel applicatur vel detorqueatur ingenioso quodam lusu, sed qui sicut sol in oculos, naturam suam in animos illabatur, simul ac sonus verborum fuit perceptus. Hinc Hebræis sensus vocatur **YDUD** auditus; græcis *νῦς καὶ διάνοια*, ut Synes. ep. 103. *ἀλλὰ σὺ χακῶς ἐξεδίξω τὸν νῦν τῆς ἐπισολῆς*, confer Plutarch. in sympoet. VII. sapient. & 1. Cor. 2, 16. quia videlicet sensus ad auditum illic admissus, mente debet intelligi. Demonstrandum hoc est ex Aristotele, qui nomen definit signum cuius nulla pars significat separatim. Certè si significare

cre idem Aristoteli fuisset, quod quocunque modo artificiosè detorqueri, falsum dixisset. nam an non separatim significat Dominus, Dominus, Testamentum &c. Sed respondeo negando quod separatim significant, quia auditâ voce Dominus, nemini in mentem venit illud, dare minus, sed omnes illic cõcipiunt id quod Germani vocant esse Herren Quâvis non negemus secundâ quasi mentis notione & reflexione artificiosâ deveniri posse ad illud minus dare. Hinc liquet magnopere differre vocis derivationem & significationem. III. *Vnius vocis multiplicem sensum esse posse, esse tamẽ semper aliquem primum & naturalem, videatur Scalig. de C. LL. cap. 191. semper tamen ex contextu & connexionem cum aliis vocibus in justâ oratione vocis sensum ab auctore intentum deprehendi posse. IV. Vnius orationis à sapiente ac bono auctore prolata non posse nisi unum verum atque auctore intentum sensum esse. Dico autem à sapiente ac bono auctore, qui & noverit quid loquatur, & datâ operâ decipere nolit. Si enim non ab iis solùm orationibus abstinere vir-sapiens debet, quæ incertum faciunt intellectum, sed ab iis etiam, quæ etiamsi turbare non possint sensum, in idem tamen ἀμφιβολίας vitium incidunt (verba sunt Quintil. lib. 8. cap. 2.) ut si quis dicat, visum à se hominem librum scribentem: Hic etiamsi librum ab homine scribi pateat, quia tamen malè composuit, fecit sensum ambiguum quantum in ipso erat: Tùm certè sapientis nomen non merebitur qui obscuritatem affectat & mysteria, modò lectori crucem figat, & opinionem arcanae cuiusdam sapientiæ de se*

32 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 spargat. Absit igitur ejusmodi ingeniosus ad quem
 capiendum opus sit ingenio, Lips. in inst. epist. cap. 8. absit
 ejusmodi præceptor qui discipulis semper incla-
 mat, *Χρόνος*, ut ex Livio refert Fabius l. cit. Ferat il-
 lud responsum, quo obscurum suum præcepto-
 rem, (qui orationis exilitatem hac defendere alle-
 goriâ solebat, *neesse est me per spinosum locum ambu-
 lantem suspensos habere pedes*) affecit Porcius Latro,
non me hercules tui pedes spinas calcant sed habent, teste
 Senecâ in prolog. decl. im.

Ne tamen solis auctoritatibus rem omnem confi-
 ciamus, rationibus quoque nostram muniemus,
 conclusionem 1.

*Omnis oratio ad docendum comparata est una: quia
 errorum genetrix est equivocatio semper.*

*Omnis viri sapientis & boni oratio ad docendum est
 comparata. Ergo &c.*

2. *Oratio vera est una, quia omne verum unum.*

Omnis sapientis oratio est vera. Ergo &c.

& vice versa per majoris contra positionem

Omnis oratio non una est non vera, sed mendax

Nulla sapientis oratio est mendax. Ergo

Nulla sapientis oratio est non una seu multiplex.

Hinc apparet quid sentiendum sit de lubricis Deillo-
 rum gentilium responsis. Tenebriones quidem Eth-
 nici pro verissimis habuerunt, quæ ex tripode re-
 spondebantur, hinc ad Brutum scribit Cicero,
*Hec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi putâ, nihil po-
 test est verius, & l. 1. de divin. Oraculi Delphici verita-
 tem omnis ætas experta est, & Pseudolus Plantinus act. 1.
 scen. 5. v. 65.*

si quid

— si quid vis, roga,
quod scibo, Delphus tibi responsum dicito.

Confert *Erasm.* ad Proverbium ex tripode p. m. 260.
Sed quia obstabat gentilibus illa responforū perplexitas, ex quā Apollo λογίας appellatus fuit, idē in suam ignorantiam culpam referebant. Nam *Paccuvius*, flexa inquit, non falsa autumare dictio Delphi solet. & *Accius* l. 2. ad Herenn.

Apertè futura dictio, si intelligas.

Verū enim verò quid de his hujusmodi statuendum sit, Christiana nos docet religio, cujus oracula cum ethnicorum responſis & chartis sibyllæ, & mysteriis aliis comparari nulli, inquam, concedere debemus.

§. 35. Nec obstat. 1. Sapientissimi Dei verbum ad minimum duos sæpe sustinere sensus literalem unum, alterum allegoricum. 2. ex fecunditate intellectus divini sequi sensuum multitudinem 3. exemplis id doceri posse. 1. Psal. 91, 13. ubi sensus est & literalis & tropicus. 2. versiculus Gen. 1. 1. in varios sensus à Gordono transformatur. 3. locus 2. Paralip. 17, 13. à *Lyrano* prol. 2. super bibl. & *Toſtato* super 2. Sam. 7. duplici literali sensu afficitur. 4. Orationem *Cajaphæ* Johan. 11, 49. duplici constare sensu, uno quem intendebat *Cajaphas*, alterum quem Sp. S. respiciebat, asserit *Salmeron*, tom. 1. prol. 8. & *Corn. à Lapide* in pref. pentateuchi can. 36. Potiora hæc sunt exempla. Sunt quidem & alia ab adversariis allegata, quæ studio præterimus, tūm quod eorum solutio ex his pendeat, tūm quod ante me iis sit satis factum. à *Dn. Glasio*, in nup-

quam satis laudatâ philologiâ sacrâ, quò lectorem ablegamus. Resp. ad 1. magnum discrimen est inter scripturæ ipsius sensum & sensum rei per scripturam significatæ. Sicut enim 1. Sam. 20, 20. Jonathas signum fugæ daturus; jaciens sagittam ex composito, puerumque ultrò progredi jubens, significat primò ac propriè, ut puer sagittam tolleret; ista verò sublatio sagittæ demùm erat signum, quò admonebatur David ad fugam. Ita verbum Scripturæ S. de erigendo serpente æneo, non habet nisi unum sensum: ipse verò serpens æneus signum erat mysterii in N. T. exhibendi. Quemadmodum autè David hoc signo viso nunquam ominari potuisset sibi fugiendum esse, nisi jam ex composito à Jonathâ edoctus fuisset, ut hoc signû tali modo interpretetur: Ita nobis eiusmodi vel typi vel allegoriæ ad sensum Sp. S. nunquam deducunt, nisi ipse revelet, hoc se tali signo intendisse mysterium. ad 2. ex fecunditate intellectus divini non potest oriri quod pgnat cum ejus sapientiâ ac bonitate, sicut demonstratum est supra. Taceo quod Bellarm. fateatur l. 3. de V. D. c. 3. S. *sed quanquam*, loca quædam in Scripturâ S. non nisi unum sensum habere posse. Illa loca vel non sunt à Deo sensuum fecundissimo, vel Bellarminus sua vineta cædit. 3. *ad exemplum primum*. Magna differentia est inter τὸ πῆλὸν sive sensum literæ & δεικνύειν sive sensum literalem: sensus literalis est sensus logicus qui menti occurrit, non quem voces seorsim acceptæ innuunt. Hinc in remediis infra suadebimus orationes non logicas mutandas esse

esse in logicas, si de verò sensu certi esse velimus. ad 2. respondeo verbu B. Lutheri tom. 3. 1en. Germ p. 381. Wann ich spreche mit Aristotele vnd Plinio, die Welt wäre von Ewigkeit / es käm aber einer vnd hiet mir Rosen für die Nasen Genes. 1. wolt ich den Text also machen, Gott der solt so viel heissen als guckguckh schuff aber so viel als fraß / Himmel vnd Erden / so viel als die Graßmucken mit Federn vnd mit allem. Sed addit, treffliche Kunst wäre das / welche auch die Lotterbüben wol könten. Ita certè si susq; deq; habenda sint media iustæ interpretationis, facile erit pro libitu ex quavis oratione quemvis exsculpere sensum, sed non erit omnis ab auctore intentus. Referantur itaq; nugæ *Huntlei* ad fontes bonæ interpretationis, & nullus iis amplius vacare fiet locus. Quælibet vox seorsim accepta multas induere potest significationes, sed ex antecedentium & consequentium scrutinio & aliis interpretandi mediis verus sensus apparet. Præ reliquis exemplum hoc illustre est quod legitur Exod. 17. v. 14. Ubi Jehova minatur se deleturum כָּרִי memoriam Amalec. Remove puncta & sonabit כָּרִי masculos. Sed historia descripta 1. Sam. 15, 9. prodit posteriorem sensum esse non posse, quia secus Rex Saul non peccasset, confer vindicias *Dn. D. Franz. lib. de Interpret. Script. S.* quibus vindicat textum Gen. 1, 1. Ad 3. Fatemur locum illum de Rege Salomone & Messia intelligendum esse, sed de illo primò ac per se, de hoc $\text{κατ' ἄλλο, ἀντισυπικῶς}$, atque eo modo quo allegoriæ intelliguntur, nimirum non ex sensu orationis, sed rei oratione

16 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 significat, id quod expresse affirmatur 2. Sam. 7,
 19. quem locum ita reddidit B. *Lutherus*: *Diß ist die*
wense eines Menschen/der Gott der Herr ist/ h. e. in
marginē, du redal mit mir von solchem ewigen Reich
da niemand kan König sein/er muß Gott vnd Mensch
seyn &c. ad 4. In conclusione quartâ non frustra
addidimus, unum in quavis oratione sensum esse
ab ipsa auctore intentum. Jam Auctor istius Judicii
Cajaphani fuit Sp. S. prophetabat enim Cajaphas
v. si, h. e. os & linguam commodabat Spiritui
S. nihil tale locuturus, nisi aliunde fuisset exci-
tatus. Auctoris primarij unus fuit sensus, perti-
pens ad spiritualem è faucibus Diaboli redemptio-
nem, quicquid sit de sensu Cajaphæ interpretis
potius quam auctoris.

§. 16. Hâc viâ factâ jam erit in proclivi, ferre
 judicium de opinionibus superioribus quorum
 §. 11. facta est mentio. Nam *Cabalam* quod attinet,
 est ea tota ingenii quidam liberior ac artificiosus
 lusus, non verus ac naturalis sensus. Sic *Gissena*
 proſodia aliquos in prosâ oratione tum sacrâ tum
 profana observavit vericulos, cum tamen aucto-
 ri in mentem nunquam venerit verſum scribere.
 In universum autem *Cabala est* 1. ἀλογία & *Orationi*
adversâ. Nam ratio sensum non quarit in apici-
 bus literarum vel in syllabis seorsim, sed in inte-
 grâ dictione ac oratione, quia secundum *Aristo-*
telem nomen seorsim non significat. Si enim sen-
 sus petendus effet ex munitiis syllabarum, tum
 hujus effati, *testamentum est testatio mentu*, hic pos-
 set prodire sensus qui auctori ne quidem per so-
 mnium

mnum obrepere poterat, ein Dassen vnd ein Rükent
 ist ein beweisung des Gemüths: Item Dominus dixit
 ad Dominum, er hat gesagt er gebe weniger / ist er aber
 auch daheim? non ingeniosior est ad fraudem ca-
 bala quam ejusdem detectio ad veritatem. Rur-
 sus si ejusmodi literarum permutatio res esset ma-
 gni artificii tñm non alii essent meliores Cabali-
 stæ, quàm Typographi, qui typorum ac ærum per-
 mutatione alios atque alios sensus gignunt. 2. *Pe-
 tica adeoq; sensus illativa*: Quid enim per anagram-
 mata colligi non potest, quid non per acrosticha,
 omnia ex libitu, immò multa petulanter? 3. *est in-
 certa, divinatoria & fallax*, in tantà enim sensuum
 multitudine incertum est, quis sensus sit ab au-
 ctore intentus. Dices omnes esse intentos. Resp.
 Ergò etiam mendaces, quia beneficio Cabalæ
 possumus etiam contradictorios sensus elicere.
Deinde mystici sensus divisio peccat in bonam logi-
 cam, quæ vetat divisionem instituire secundum
 materiam. Cur enim in logicis prædicatio divi-
 ditur in essentialem & accidentalem, & non ma-
 gis, in prædicationem vel auream, quia in hâc pro-
 positione, poculum est aureum, & aureum est præ-
 dicatum: vel cœlestem, quia in hâc, locus igni su-
 perior est cœlum, cœlum est prædicatum: vel di-
 vinam, quia cum dicimus, Christus est Deus, Deus
 est prædicatum? Cur in Phycis qualitates divi-
 duntur in primas & secundas, & non magis in
 aqueas, quia humiditas in aquâ reperitur, & sali-
 tas, quia friabilitas est in sale? Sed nolo per omnes
 scientias ire. Cum itaq; omnes tres illi sensus my-

58 IDEA BONI INTERPRETIS ET
fici in uno hoc formali convenient, quod sem-
per per res oratione significatas, aliud quid intel-
lectum velint, frustranea erit illa entium multi-
plicatio. Quorsum igitur cunque orationis sen-
sus referatur mysticus erit & allegoricus. Multi-
tudo tertio literalium sensuum jam dum animam
egit in §. 34. & seqq.

ARTICULUS V.

De alia obscuritatis causâ, ex literaturâ.

§. 37. Excluserat causas residuas superioris ar-
ticuli inopinata prolixitas, sequitur itaque LITE-
RATURA sive scriptio grammatica, quæ circa ora-
tionis materiam versatur, sicut reliquæ corruptio-
nes circa formam. Utramq; complectitur Tertull.
l. de præscript. c. 17. quando scribit, *Tantum veritati ob-
strepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus.* Con-
sistit autem literaturæ, seu difficultas seu corruptio
I. in *ἄδελπυροφία*, quando aliud præ se fert in-
scriptio & falsi auctoris prætextus, aliud ipsa do-
cet oratio, quâ fallaciâ nulla potest esse nequior:
sicut enim titulus aperit plerumque scopum, opti-
mum interpretandi medium, ita si hic sit suble-
stus, præceptus in errorem lapsus est; vendit enim
pro pipere muscerdam. II. in *Ortographia* vitium, ut
sunt I. *inexplicabilis literarum abbreviatio.* Fuit olim
ars aliqua notaria, quæ brevissimis notis excipie-
bat audita, de quâ Cicero lib. 3. de orat. *intelligen-
dus est*, inquit *non librariorum notis, sed verborum
& sententiarum modo.* & Prudentius Cassiani cum
laudes celebrat.

Verba

*Verba notis brevibus comprehendere cuncta peritus
Raptimque punctis dicta prapetibus sequi.*

Et *Martialis epigr.* 208.

Currant verba licet, manus est velocior illis,

Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

Et sanè si non extitisset quædam eiusmodi ars aliqua nobis hodie ignota, quomodo potuisset *Origenes* spacio duodecim annorum edere justum *Commentarium* in universum *Codicem biblicum*, & insuper adhuc libros sex mille, ut *Hieron. in epistol. ad Pammach.* in hanc exclamationem eruperit. *Quis nostrum tanta potest legere, quanta ille scripsit?* Et ne quid dubitemus, *Plutarchus in vitâ Catonis testatur Ciceronem* scriptoribus breves quasdam notas scripsisse, quibus *Catonis* de conjuratis oratio exciperetur. *Abbas Trithemius* in lib. de *Poligraphiâ* scribit se reperisse illum ipsum *Ciceronis* de notis librum, & *Argentorati* vidisse *Psalterium Davidis Ciceronis* notis exaratum, quod præ se tulerit titulum *Psalterii Armenici*. Sive *Cicero* auctor fuerit libri illius notarii, sive, ut *Euseb.* scribit in *Chronico Olymp.* CXCIII, anno IV. *Tito Ciceronis* libertus, tamen extat ille hodie curante & spiritum reddente *Iano Grutero* & inscribitur *Nota Romanorum Veterum*. Quia verò hæc ars quantum *scriptioni* extemporaneæ & non perpetuè duraturæ profuit, tantum *Interpretationi* textus nocuit, idèd *Constantinus Imp.* teste *Rosino l. 8. antiq. 6. 4.* *Juris* formulas & cavilla aucupatione syllabarum insidiantia cunctorum actibus radicitus amputari jussit. Exemplum in sacris hujus corruptionis hoc

60 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 hoc nonnulli afferunt, *Matth. 27, 9.* a junc librario-
 rum vitio scriptum esse Iſ per abbreviationem, id
 est, *Ιερεμίου*, cum tamen in textu extiterit τᾶ id est,
 Zachariæ. Quorum tamen sententiam nos hîc in
 medio relinquimus. 2. *Defectus seu literæ, seu syllabæ,*
seu dictionis, seu etiam integrationis, utpote quan-
 do *Luc. 6.* inter v. 5. & 6. quædam exemplaria le-
 gunt hanc orationem. *Τῆ αὐτῆ ἡμέρᾳ δεασάμεν ὁ
 πνὰ ἐραζόμενον τῶ καθάρῳ, ἐπερ αὐτῶ: ἀνθρώπε, ἐ-
 μὲν οἶδας τὴ ποιῆς μαχάρι ὁ εἰ. εἰ δὲ μὴ οἶδας, ὀπιγὰ τὰ ε-
 τ ὁ καὶ ὁ καθάρῳ εἰ ἔ νόμῳ.* Huc pertinet omisso pun-
 ctorum vocalium in *Hebræo Vet. Testam. textu*, de quâ
 quod in ordinem incurrat, non nihil addendum
 est. Hanc nos difficultatem potius intelligendi
 appellamus quàm corruptionem, ut frustra Jesui-
 tæ existiment se pro tuendâ Scripturæ S. obscurita-
 te invenisse non quod pueri in fabâ. Audiamus
 enim *Thomam Erpenium* in l. 2. *arcani punctationis re-*
velat: c. 27. cujus verba sunt. *Fac textum Hebraicum,*
semper fuisse, & etiamnum hodie esse vocalium & ac-
centuum figurâ planè nudum, solis consonarum figurâ
exaratum: Fac nullum esse, qui hodie sciat Hebræicâ le-
gere (textum non punctatum) aio tamen, posse nihilo-
minus verum & germanum textum Hebræici. sensum.
certò deprahendi. Dico enim hominem industrium, judi-
cio, memoriâ, ingenio & ἀρχινοία sive facultate σοφί-
σικῆν valentem, adhibito studio, labore, diligentia posse ex-
collatione translationis Græcæ LXX. Interpretum licet
mendosissima cum textu Hebræico, deprahendere 1. sen-
sus singularum vocum per se sumtarum, ut sunt in ora-
tionis serie collocata, idque sine miraculo, aut Propheico
afflatu:

afflatu, sed via & ratione ordinariâ, nempe eadem pro-
pemodum (imò non tam operosâ) quâ illi, qui sunt Re-
gibus à secretis, solent occultas & furtivas literarum no-
tas (quas Chiffres vocant) divinare veluti atque depræ-
hendere. Ita Clenardus testatur, se linguam Arabicam
suo tempore inter Europæos Christianos planè ignotam
& ea, quæ Arabicè, sine ullis vocalium figuris (ut sunt
pleraque omnia illorum scripta) descripta erant, didi-
cisse (αὐτοδιδάκτως sine ullo Præceptoris qui linguam il-
lam calleret, immò & sine ullo vel grammatica vel lexicè
Arabici subsidio) non legere quidem legitime sed intelli-
gere & explicare, idque solâ adjutum Psalterij Nebiensis
septilinguis editione, ex quâ didicit dignoscere elementa,
ipsa Arabica, ex elementis voces vocumque significata, ex
his sensum mentemque scriptoris. Dices adhuc tamen
relinqui textus sacri incertitudinem & ceream
flexibilitatem ab homine demùm corrigendam? Respondeo iterum verbis Erpenij negando, quam-
vis ejusmodi incertitudo sit in vocibus incomplexis, ta-
men non id esse in oratione conjunctâ. Tum enim si aliter
punctentur quam revera punctanda sunt, vel nullum
planè vel ridiculum, vel denique absurdum & aperte
falsum gignent sensum. Eadem enim est ratio vocum He-
braicarum, quæ & vocum equivocarum in aliis linguis.
Neg, tamen nostra fides pendet ab humana auctoritate,
quia Σεβηρδσοι scriptores singulas voces eo ordine dis-
posuerunt, ut non possis aliam præferre punctationem,
quin statim prodat se esse a litem. & mox Massoretica
diligentia (quæ his punctis animavit textum (tam diu
tuenda est donec contrarium probetur. Sicut autem
difficultas aliqua est in Hebræorum punctis, ita
corru-

63 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 corruptela in aliorum conatibus. Vel enim falso
 usus est exemplo vel ipse falsus est Isidor. Pelusio-
 ta, quando l. 1. epist. 123. *Αρείδες* exponit de extre-
 mitatibus arborum, quia fortassis *ἀρείς* legit per
 syncopen τῷ δ. 3. *Orthographica* depravatio consi-
 stit in redundantia & additione eorum quæ ad con-
 textum non pertinent, ita suspicatur Dn. D. Hau-
 vvenrent. p. m. inc. 4. l. d. *Metaph.* irrepisse illa ver-
 (quæ si Aristoteles protulisset, ineptū exemplum
 prolaturus fuisset) *natura verò dicitur uno quidem mo-
 do nascentium generatio. ut si quis productâ voce dicat u.
 dignum profectò patellâ operculum! 4. in comma-
 tum ac distinctionum neglectu.* Ita hodie Photiniani
 textui biblico commata inserunt & puncta pro li-
 bitu, divellunt conjungenda, jungunt divel-
 lenda, modò suam impietatem tueri possint, nihil
 ab hæreticorū veterum ingenio facturi alienum.
 Exempla in controversiis Theologicis sunt obvia.
 Ejusmodi distinctionum diversitas etiam in libris
 biblicis tum V. tum N. T. occurrit ut quando Psal-
 mus IX. & X. in unum junguntur in latinâ ver-
 sione, cum tamen per literam Hebræorum mini-
 mam *Jod.* distinguantur.

§. 38. III. *In lectionum varietate*, qualis de præ-
 henditur 1. Cor. 7. 33. quem versum Erasmus sic le-
 git, ὁ δὲ γαμήσας μεμνᾶ τὰ τῷ κόσμῳ, πῶς ἀρέσει
 τῇ γυναικί. Μεμίεισαι ἢ γυνὴ ἢ παρθένος ἢ ἀγαμέ-
 μνᾶ τὰ τῷ κυρίῳ. Duo verb. codd. Roberti Stephani
 hunc in modum legunt, πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί καὶ με-
 μίεισαι: καὶ γυνὴ καὶ ἀγαμέ- καὶ ἢ παρθένος μεμνᾶ ἔ-
 χου. Item Matth. c. 5. v. 22. τὸ εἶπῃ legunt Chryso-
 stomus

Romus & Erasmus: non legunt Augustinus l. i. retract. c. 19. & B. Lutherus in versione germanicâ. Iterum quam pericopen ibi v. 32. legit Erasmus, eam in suis exemplaribus non invenit August. lib. de adulterin. conjug. c. 10. Et c. 6. ἐν τῷ παύσει legit Erasm. v. 5. 6. & 13. quam tamen particulam regij cedd. obelo notant. Matth. II. v. 21. Alii codd. legunt $\chi\omega\epsilon\alpha\zeta\iota\nu$, alii $\chi\omega\epsilon\alpha\zeta\iota\nu$, alii $\chi\omega\sigma\omega\zeta\alpha\iota\mu$. &c.

ARTICULUS VI.

De obscuritate ex styli diversitate, ordinis confusione, & connexionis incertitudine.

§. 39. Stylus quid proprie sit? constat ex lexicis, nimirum columna, quâ ædificium fulcitur: quid itidem *metaphoricè*? nimirum graphium quod est columnella quædam, quâ in tabellis cereis exarabant: quid deniq; *metonymicè*? nimirum structura orationis graphio exarata. *Sexto Senensi stylus est non exterior solùm superficies nominis, sed orationis character, dictionis contextus, textura coccinillas, elocutionis forma, figura loquendi singulares, dispositionis artificium, tractationis methodus & cetera quacunq; animi disertis propria sunt.* Quæ descriptio potius est styli disertis ac boni, quàm styli simpliciter. Nobis in universum *STYLVS est consuetudo loquendi conformis menti cogitationi.* Quia verò non omnes scriptores eodem utuntur stylo, idè non minima obscuritatis causa isti styloꝝ diversitati insidet. Quod longè verissimum esse apparebit è periculis, quæ non distincta styli diversitas parit. Nam stylum *Ecclesiasticis* qui nescit, is Ecclesi.

64. IDEA BONI INTERPRETIS ET

C.3.20. putat dubitare Canonicum scriptorem de animæ humanæ immortalitate. *Quis scit, inquit radiis divinæ sapientiæ illustrissimus Rex, an spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & an spiritus iumentorum descendat in terram?* Et unde promanavit illa calumnia & mendax interpretatio verborum Christi, quæ contra Christum falsi testes in ejus accusatione coràm Pilato usi sunt, quasi unquam ille minatus fuerit, se templum Hierosolymitanum destructurum? nisi styli ignorantia, dum vel nesciverunt, vel petulanter nescire voluerunt Christum frequenter vocem gestu juvisse, & suum corpus demonstrasse. Orationis characterem qui nescit distinguere, is facile persuadetur. Paulum impiè loqui Rom. 9, 1. dum se anathema à Christo adeoque damnatum fieri optat: persuadetur mendacis eum applaudere, quando allegat mendacissimi Poëtæ carmen. Tit. 1, 12. *vide sis Idea boni disp. sect. 1. art. 7. p. 55.* Cognito quodammodo morbi periculo, tantò quisque erit in remedio inquirendo diligentior.

§. 42. *Alaxia & ordinis confusio* quid possit ad difficilem & sæpe sublestam interpretationem, vel ex una Aristotelis interpretatione colligere est. In organo logico quia *Casaubonus & Pacius* è veteribus Scholasticis hoc ordine libros dispesuerunt, quo hodie exhibentur, Deum Immortalem! quot sudores exusserunt interpretibus, quorum unum hoc fuit studium in certos ordinis seu synthetici seu analytici cancellos omnes libros organicos referre. Hinc nonnulli juxta tres

mentis

mentis operationes organum dividerunt, primæ operationi assignantes doctrinam Isagogicam, & Categoricalam, ut *Coll. Conimbr. in præm. lib. α' & β'.* & *Scayn. eiusd. l. c. 2. quin & Toletus.* doctrinam itidem nominis & verbi primæ mentis apprehensionis tribuit *Zabarell. lib. 2. de nat. log. cap. 3.* & *Regius l. 2. disp. log. probl. 1.* Cum tamen & illi & hi frustra seipso crucient, Nam prima mentis operatio omnino non opus habet logicâ directione, id quod vidit *Hurt ad Mendoz. disp. log. 1. s. 2. h. 10.*

Ille tantum actus pertinet ad directionem logicam, qui potest aberrare à veritate.

Prima mentis operatio non potest aberrare à veritate,

cum εν νοησι & ἡ ἀδιαφύρα non locum invenias τὸ ψεύδ' & l. 3. de an. c. 6. t. 21.

Ergò &c.

Omnes verò in universum Topicos libros postposuerunt analyticis, quia ita invenerunt à *Pacio* dispositos. Hæc si *Tyrone*s non confunderent, si non impedirent bonam interpretationem, potuissemus omittere, quia tamen res ita requirit, Verus librorum *Aristotelicorum* ordo, & ordo totius logicæ est explanandus. Nihil hîc innovamus, sed relictâ novitate ad antiquitatem redimus, quâ in viâ aditum nobis optimum patefecit in suâ *synopsi organica* summus *Philosophus Piccarrus.* Agamus autem in re difficili per quasdam conclusiones. I. *Ordo disciplinarum seu tradendarum seu exponendarum non pendet ab arbitrio auctoris aut interpretis, sed à rei ipsius naturâ ac congruitate.* Ratio sumitur ex *l. θ. Metaph. c. ult.* ubi fatetur *Aristoteles*

E

les

66. IDEA BONI INTERPRETIS ET
tes non albam rem esse quia non albam esse dici-
 mus, sed quia alba sit, nos qui hoc affirmamus ve-
 rum dicere. Consenuit certè hoc in Philosophiâ
 effatum *scibile esse mensuram scientiæ, non hanc illius.*
Item Ars imitatur naturam conditionem, non hæc illam.
 Sicut enim in terrâ ambulanti via patet & sursum
 & deorsum eundi, sed naviganti in mari non
 item, quia variat objectæ viæ conditio: Ita penes
 nos non est hocne velimus ordine procedere ac
 modo, an alio? Ab inordinatione itaque propius
 abest, à veritate longius id, quod *Flacius scribit*
part. 2. p. 42. omnibus tribus methodis, synthetica, ana-
lytica & definitivâ tradi Theologiam posse. Confusum
 chaos! II. Duplex necessario est omnium discipli-
 narum ordo, *Syntheticus & analyticus*, quia duplex
 rerum sciendarum conditio est, sicut duplex in-
 tellectus, duplex summum bonum, duplex omnis
 Philosophia. Vel enim res sunt merè *θεωρητικαὶ*
 in quibus præter scire nihil requiras ulterius: vel
πρακτικαὶ quæ non acquiescunt in cognitione sed
 porrò ad praxin tendunt ac effectiorem. Illæ po-
 stulant methodum, uti vocant syntheticam seu
 scientificam quæ progreditur à principiis subje-
 cti generalis ad affectiones generales easque de
 subiecto demonstrat, post descendit ad singulas
 subiecti species & easdem eodem modo tractat
 atque sic suo officio defuncta est. Hæ eandem tra-
 ctationem non sustinent, nam si cum *Piccolhomineo*
 à principiis virtutum facturus esses initium ac de-
 mum in summo bono gradus omnes terminare
 velles, certè obscurissimus futurus sis doctor. Ne-
 gabunt Epicuri sectatores virtute opus esse ad feli-

citatem, proinde esse alienam à civili doctrinà tractationem de virtute: ex fine demùm tanquam notori descendum est huc an aliorum quid pertineat? Ita igitur res practicas tractabit, initium facit à fine & sive subjecto & explorabit an tali formæ recipiendæ, quam effectura est practica disciplina, satis aptum sit & idoneum? deinde ad finem & progredietur ipsam videlicet producendam formam hanc definiet & in suas species dividet; tùm media inquireret ad hunc finem ducentia; opponet corruptiones & corruptionum causas: Universum tandem agmen claudet remediorum enumeratione: secus si sit practica syntheticè tractaturus venabitur in medio mari & piscabitur in aëre. Est enim artificiosâ quapiam inflexione (propter quam quartam figuram ex agro logico exterminat *Zabarella*) detorqueri practica possint, & possint de subjecto etiam demonstrari affectiones per principia, tamen eiusmodi tortuta futura est 1. *violenta*, quis enim naturâ duce non prius cogitat de fine quàm de mediis in re suscipiendâ? 2. *imperfecta*, quorsum enim media referet & remedia; quorum de scientia, non est sollicita hæc methodus. 3. *absurda*, perinde enim sit ac si velles jaculo cum aliquo concertare non præfixo scopo, aut petegrinari sine cognito loco ad quem tendas?

III. *Logica est disciplina practica, quia versatur circa objectum operabile modo operabili, movendo scilicet dirigendo, dando regulas & præcepta.* Si enim prudentia practica est, quia est directiva actuum voluntatis: Logica quoque practica erit, quia dirigit

68 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 actus mentis. IV. *Tradenda itaque fuit ordine ana-*
lytico, & etiam ab Aristotele ita tradita fuit. Ini-
tium logicæ Aristotelæ à libri $\alpha\epsilon\iota\epsilon\rho\mu$. faciendum
est, in quibus finis δ , cui forma logica infunden-
da nimirum oratio (non quævis sed) enunciativa
proponitur: sicut Magister Athleticæ discrimina
gladiatorum & naturam eorundem Tyronem doce-
ret antequam artificium ipsum aperiret. Sequitur
2. finis ϵ ipsa demonstratio, cujus forma explica-
tur libris analyticis prioribus, materia posteriori-
bus; Media ad hunc finem ducentia varia per uni-
versum analyticum corpus dispersa docentur.
Corruptiones denique & remedia, exponuntur in
posterioribus analyticis de $\mu\epsilon\tau\alpha\beta\iota\alpha\sigma\epsilon\iota\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\omicron$
*& $\acute{\iota}\delta\delta\iota\omicron\gamma\epsilon\alpha\phi\acute{\eta}\mu\alpha\sigma\iota$ cum sermo est. V. *Soli itaque*
libri $\alpha\epsilon\iota\epsilon\rho\mu$. & Analytici sunt logici: reliqui qui orga-
no sunt admixti, sunt quidem in organo logico sed non de
organo logico. Sunt enim solùm præparatorii, quod
de libris topicis expressè fateretur Aristotel. libr. 1.
Top. c. 2. Suntque vel $\alpha\epsilon\gamma\gamma\omega\sigma\iota\kappa\omicron\iota$ quibus termini
in arte logicâ utiles explicantur (sicut doctrinam
circularum Astronomus præmittit) ut Isagoge
Porphyriana & liber categoriarum: vel $\alpha\epsilon\gamma\gamma\upsilon\mu\alpha$ -
 $\sigma\iota\kappa\omicron\iota$ sive præexercentes, sicut Athletica præmitti-
tur militari, ut libri Topici & Sophistici, quos 1.
continuò (sine intervallo librorum analyticorum)
cohæterè 2. præmissos ab Aristotele fuisse
libris analyticis, non ut hodie postpositos, abun-
*dè probatum dedimus in *Idea bon. disp. sect. 1. cap. 1.**
*art. 4. toto p. 85. Ex quâ hoc unum repeto,**

Liber citatus est prior citante

Liber

Liber topicus est citatus ab analyticis lib. 2. prior. anal.

6. 19. ὡς περ ἐν τοῖς τοπικοῖς εἶρη). E.

Liber Topicus est prior analytico.

Hæc idèd prolixius explicare voluimus, quia 1. *æquum est* ut omnibus constet de ordine eius disciplinæ, quæ modum sciendi omnibus reliquis ostendit. 2. *exemplum nobis afferendum fuit*, quantum ad tenebrarum nebulas possit ἀταξία, quas inutiles controversias excitet confusio? Magnum profectò interpretandi ac intelligendi auctorem subsidium est, & ordinem ipsum scire & recto ordine legere. Si J C T I ordinem suorum librorum Justinianæorum ita haberent in numerato, sicut scopum è titulis intelligere possunt (quo utroque subsidio lectio sacra caret) tùm in cælo se esse censerent. Quamvis si filum methodi analyticæ sequi vellent, impetrare possent quòd optant, possent in justum aliquem ordinem omnes libros contrahere: Nihil tam confusum est, quin humanâ industriâ possit in ordinem redigi, cuius rei argumentum nobis diligentia Aristotelica dedit, qui τειλέη ut loquitur in calce sophist. Elench, & magno sudore omnia superiorum Philosophorum commenta ad justî ordinis leges revocavit.

§. 41. Sequitur *Inconsequens coherentia*, quæ Græcis καὶ ἐξοχλὴ Σύγχυσις sive confusio appellatur, quia ordinem verborum ex omni parte perturbat, quæ tamen confusio in rebus perturbatis decoro poëtico servit, exempla apud Virgil. leguntur plurima.

Tres notus abreptas in saxa latentia torquet.

E. 3

SAXA

2 7 6 5 1 3 4 6
Saxa vocant Itali mediis qua in fluctibus arae.

l. 1. Æneid.

Et ibid.

3 7 4 1 9 8 5
Vina bonus qua deinde cadis onerarat Aestes

Littore Trinacrio: dederatque abeuntibus heros

Dividit: & dictis moerentia pectora mulcet

l. 2. Æneid.

Incipio super his; juvenes fortissima frustra

Pectora: si vobis audentem extrema cupido

Certa sequi, qua sit rebus fortuna videtis:

Excessere omnes adytis, arisq; relictis

Dij, quibus imperium hoc steterat: succurritis urbi

Incesa: moriamur & in media arma ruamus.

Quos versus ita Servius ordinat, Juvenes, fortissima pectora, frustra succurritis ubi incensæ, quia exceßerunt omnes Dii: Unde si vobis cupido certa est mesequi audentem extrema, moriamur & in media arma ruamus.

Apud Horat. similis confusio deprehenditur l. 8. Serm. 8.

3 4 1
 ——— serpentes atq; videres

6 2 5
Infernae errare canes, lunamq; rubentem.

Et in Arte

1 3 2 4 7 5
Qui variare cepit rem prodigialiter unam.

Delphi

Delphinem sylvis appingit, fluctibus aprum.

ARTICULUS VII.

De apparenti contradictione.

§. 42. Utut pericula ea fuerint maxima, quæ hæctenus sunt commemorata, hoc tamen decumanum esse videtur. Quid enim est quod nebulas magis offundat intellectui quam orationis contradictio? Exempla afferemus tum sacra tum profana. Profana sunt in *Aristotele* quàm plurima seu veræ seu apparentis contradictionis, hoc enim discrimen in remediis infra demum annotabimus. e. g. lib. 2. de gen. animal. c. 3. negat animam hominis generari, sed *διέσθην* forinsecus accedere, alibi tamen affirmat hominem generari certè secundum animam. *ὅ φύσις πάντα φανῶλα ποιεῖ* probl. sect. 10. quæst 42. & tamen *ἀεὶ ποιεῖ τὸ βέλτισον* l. 2. de cœl. c. 5. t. 34. & l. de Juv. c. 4. apes audire sonos non possunt l. 2. maj. metaph. cap. 1. & tamen una apis triplici bomba excitat omnes. Finis non esset hæc contradictiones omnes è libris Aristotelis vel profanis aliis, colligere animus esset, Ad sacra progredior: quorum è numero primùm se offert Genealogia Christi descripta à duobus Amanuensibus Sp. S. Matthæo c. 1. & Luca c. 3. quadruplex in eâ deprehenditur *ἐναντιοφανὲς* 1. quod *Matthæus descendat, Lucas ascendat.* 2. *ille ab Abrahamo initium faciat, hic progrediatur usque ad Adamum.* 3. *ille numeret generationes XLII. hic LXXVI.* 4. *quod in nominibus ipsis in alia ferè omnia eant: Matthæus Iosephi patrem Iacobum*

72 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
*robum appellat, Lucas Heli: quod à Iosepho ad Davidem
 usque in solo nomine Zerobabelis & Salathielis conve-
 niant, in reliquis omnibus discrepent. Quæ genealo-
 gia quantum negotij facessat, non solum tot Pa-
 trum in eam effusi sudores testantur, sed D. etiam
 Apostolus Paulus innuit nodos quospiam difficulta-
 tum implicari, quando à contentionibus genea-
 logicis abducere conatur tum *Timotheum* 1.5.4. tum
Titum 3.9.*

§. 43. Quibus hæ quoque accedunt contradi-
 ctiones. *Nullus homo videre Deum potest* Exod. 33. 20.
*Quidam homo nimirum Moses vidit Deum à facie ad
 faciem* Num. 12. 8. & Deut. 34. 10. *Bethlehẽ nequaquam
 minima* Matth. 2. 6. *Immo minima* Mich. 5. 2. *Grex
 porcorum à Christo procul absuit* Matth. 8. 30. & *tamen
 prope* Luc. 8. 32. Innumeras verò ejusmodi contra-
 dictiones quibus legendi fastidium abstergere Sp.
 S. voluit videbis in editâ nuper *Harmon. Dn. D. Wal-
 theri*, è quâ nihil describo

Ne si forte suas repetitum venerit olim

Grex avium plumas, moveat cornicularisum.

ARTICULUS VIII.

*De terminorum Incomplexorum & phrasium
 obscuritate ac equivocatione.*

§. 44. Tot sunt fontes sublestæ interpretatio-
 nis terminorum atque phrasium, quot sunt falla-
 ciæ dictionis, in superiori Idea exemplis à nobis
 illustratæ p. 151, & seqq. Quos tamen ad *Sixologiarum*
 commodè referre possumus omnes, nimirum ad
 terminorum ac phrasium obscuritatem & equivo-
 catio-

cationem, quæ duo capita differunt, quod omnis æquivocatio obscura sit, non vice versâ omnis obscuritas æquivoca. *Obscuritas* in intelligendâ voce seu phrasi oritur i. *ex ignorantia linguarum & idiosismorum*: quod fit si solis lacunis aut jam labente amni restringere sitim volumus, non quæsitâ scaturigine ac fontibus. Id videlicet ejusmodi hominibus accidit, qui sumtum parci, non ipsi proficiscuntur ad fontem aquarum acidularum; sed emunt advectas, mixtas sæpe dulcioribus, minimeq; limpidas, magno suæ sanitatis periculo: Sequuntur ignes incertos, quos meteorologici fatuos appellant, & in errorum diverticula imprudentes labuntur: de facie hominis ex imagine judicant, prototypo non consulto. Absurda omnia; periculosa omnia! En enim pericula quæ oculis omnium subjicio. Sicut pictor ille naufragii picturam ad littus suspendit, ut perterreserent navigantes, ne ad immanem portum navim propellerent. Ex loco 1, *Sam.* 2, 25. videtur fluere, Deo placere peccata. Verba enim textus latini vulgati sic habent. *Filii Eli non audierunt vocem patris sui. Qui a voluit Dominus occidere eos.* Verum facile hunc exhibit istum, qui noverit Hebræorum וַ & Græcorum ὅτι sæpe non causaliter accipi, sed non rarè adverbativè pro *sed*. Eodem in sensu usurpatur Gen. 8. 21. cum secus vix commodè conciliari posset cum Gen. 6. 5. Græcorum verò ὅτι illustre habet exemplum 1. Tim. 1. 13. Ubi textus Græcus, ἀλλ' ἠλήθλω, ὅτι ἀγνοῶν ἐποίησα ἐν ἀπιστία, à vulgato Interprete ita transfertur, ideo misericordiâ consecutus

74 IDEA BONI INTERPRETIS ET

cutus sum, quia ignorans feci incredulitate: qui sensus si obtinet, sequetur causam remissionis peccatorum esse ignorantiam: Quanto rectius τὸ ἐν explicatur adversativè sed ignorans feci &c. Confer alia exempla quæ diligenter collegit Dn. D. Tarnov, in exerc. bibl. p. 159. & seqq. Gen. 6, 9. hæc leguntur verba: Noë vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis. Quo ex loco Pontificii multa sibi pollicentur, pro asserendâ perfectione iustitiæ renatorum: cum tamen hebraismus longè aliud doceat. Cum desit Hebræis gradus nominum comparativus, idè diversimodè illum describunt: nunc per particulam intendendi תוּתוּ Ecceles. 7, 13. mox per præpositionem מן ut Lev. 13, 22. תוּתוּ מן שפיל מן humilior cute: denique per præfixam וּ ut in præsentiloco, ubi Noah dicitur perfectus in generationibus suis, i. e. perfectior quam ullus homo qui tum vivebat, Non quod absolute sine omni defectu fuerit perfectus, quoddà statu viatoris alienum, sed quod minus fuerit imperfectus quam alii. Ita rem se habere facile impetrabo à Pontificio, qui sine dubio comparativè intelligit versum 28. Luc. 1. Benedicta in mulieribus. Ex Græca itidem lingue imperitià, quæ non difficultates oriuntur? Matth. 28, 1. ὁ ψὲ Καθάρων Interpres reddidit, vespere autem sabbathi, non solum contra Marc, 16. v. 2. & Luc. 24. v. 1. sed etiam contra indolem Græcæ linguæ, cujus præscripto ὁ ψὲ cum genitivo constructum, notat temporis effluxum, ut ὁ ψὲ τῆς ἡλικίας transactà jam ætate, ὁ ψὲ καὶ postquam præterit occasio. Ita etiam

ὁ ψὲ Καλλάτε, est ut Marcus I. cit. καλλοεῖς, διγνο-
 μένε Καλλάτε. Da der Sabbath vergangen war. Ex
 Rom. 8, 1. Vetus homo noster simul crucifixus est,
 ut destruat^r corpus peccati &c. hanc necit con-
 sequentiam Jesuita Herbipolensis Hagerus artic. 2.
 collationis p. 17.

Corpus peccati destructum est

Concupiscentia destructa non est. Ergo

Concupiscentia non est corpus peccati.

In græca verò fonte legitur ἵνα καταργηθῆν quod
 non significat radicitus expelli, sed inefficax, otio-
 sum, inutile reddi, ad eum modum, quo aculeus
 eripitur vospæ: quæ proprietatis græcæ observa-
 tio, quid momenti habeat, facile intelligunt qui
 sacro se studio manciparunt. Aliud verò adhuc
 exemplum se memoriæ offert Act. 19. De quibus-
 dam qui baptismo Johannis erant baptizati vers. 3.
 dicitur v. 5. Ἀκούσαντες scil. ῥημάτων Πάυλου, ἐκατή-
 λησαν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, quem locum ita in-
 terpretatur latinus Interpres. *His auditis baptiza-
 ti sunt in nomine Domini Iesu.* Quâ ex interpretatio-
 ne promptè flueret sententia, hæcenus ab uni-
 verso Theologorum Choro damnata, Baptismum
 Johannis & Christi specie differre, adeoque nec
 ipsum Christum à Johanne baptizatum fuisse suf-
 ficienter. Sed Aoristus græcus ipsâ suâ perplexita-
 te nodum solvit, si enim præsentis temporis sem-
 per faceret iudicium, tempus indefinitum à gram-
 maticis non appellaretur: sensus itaque tempo-
 ris præteriti melior est & expeditior. Unde die das
 hõrezen waren albereit schon getaufft / confer Luc.

7. 29. Cæterum ex profano quoque scriptore ostendamus pericula ex neglectu fontium quæ oriri possunt. Aristoteles l. γ. Metaph. c. 2. ita scribit, Διό καὶ τὸ ὄντιον, ὅσα εἶδη θεωρεῖται, μιᾶς ἐστὶν ὁπισθῆμης τῶ γενέει, τὰ δὲ εἶδη ἴσ' εἰδῶν. Quem locum ita reddit *Pacius*, Quare entis quoque quot species sunt & species specierum speculari, unius scientiæ genere est. Quæ paraphrasis non solum textu est obscurior, sed etiam absurdum gignit sensum ipsiq; Philosopho adversum, Quasi Metaphysica tanquam generalissima scientia deberet descendere ad species entis singulas sigillatim, adeoque avarissimè eripere sua scibilia reliquis Philosophiæ partibus: quâ quidem ratione sola Metaphysica Philosophia esset, nec haberet partem sociam, Sed si ingenium Græcæ linguæ, spectaverimus, aliter fuet sensus: nam ut *μία ὁπισθῆμης τῶ γενέει* notat unam generalem scientiam; ita *ὁπισθῆμης ἴσ' εἰδῶν* notat scientiam non specierum sed specialem. Hic igitur demum sensus liquidus est. Quare entis quot species sint cognoscere unius alicujus generalis est scientiæ: ipsas verò species distinctè contemplari pertinet ad scientias inferiores ac speciales. Hactenus periculum ex neglectu linguæ idiotismorum, atque fontium.

§. 45. II. *Ex barbarismi obscuritate.* Barbarismus multiplex est, juxta *Fabium* l. 1. c. 7. & *Rhetores alios*. 1. *ex intellectu auditoris*, omnis sermo qui non intelligitur ab omnibus sive quia peregrinus est, quem *Fabius* vocat *barbarum ex gente*: sive quia inusitatus est obsoletus atque priscus: hoc sensu.

sensu accipitur à D. Paulo 1. Cor. 14. v. 11. & Ovid. in Ponto.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.

2. ex animo dicentis, ut is, verba sunt Fabij, à quo insolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictum sit, barbarè locutus existimetur. 3. ex pronuntiationis difficultate qualis est in his vocibus, τεγαλιζην, φελιζην & in nominibus quibusdam propriis Polonorum ac Bohemorum. Græci quia sibi videbantur mollissimè loqui, omnes alias gentes crasso ore esse, idè barbaros appellarunt populos extra græciam universos, ut testatur *Serabo libr. 14.* Ad nostrum institutum prima sola barbarismi species pertinet, illa enim sola gignit obscuritatem i. quidem ob γλώσσας (ita enim peregrinas linguas appellat D. Paulus Actor. 10, 46. 1. Cor. 14, 14. & *Aristotel. libr. 1. de re poët.*) Cujusmodi barbarismus in his est vocibus, *logi*, pro nugis, (*vox græca*) *gaza* pro thesauro (*persica*) *Acinaces* pro gladiis. (*medica*) *Efedum* pro rhedâ (*Britannica*) *ungulum* pro annulo (*Osca*) *Cascus* pro vetulo (*Sabina*) *Vri* pro bubusferis (*gallica*) *Nonnus* & *Nonna* pro Moniali (*Ægyptiaca*) videatur *Erasmi. lib. 1. de cop. verb. p. m. 32.* In sacris etiam bibliis occurrunt ejusmodi exempla ut *Syrismus*, Cælum pro Deo Matth. cap. 21. v. 25. *Latinismus* Luc. 12. v. 58. δὲ ἐργασίαν da operam, quorsum etiam pertinent illa nomina in N Testamento græco occurrentia δλωάειον, κενυείον κλωσθ, κωδερής, κωσodia, de quibus *Druſius lib. 6. præterit. pag. 204.* 2. ob vetustatem (non antiquam sed) antiquatam: cujusmodi barbarismi sunt in Ennia-

78 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 Ennianis illis, Paccuvianis, Cæcilianis, Accianis
 sordibus, *mis pro mei: tis pro tui. depatilia comisse*
pro comedisse opipara: perbitare pro perire: bovi-
nari pro tergiversari: apladam edit & floccos bibit
 pro future vescitur & fecem bibit, de qua phrasi
 Gellius disputat l. II. c. 7. *hostis pro hospite: Exem-*
 plum eiusmodi barbarismi subministrat *Persius*
 sat. I. quando ridet Poëtas hunc in modum lo-
 quentes.

Torva mimalloneis impletunt cornua bombis,
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris, & lynxem manens flexura corymbis
Evion ingeminant: reparabilis affonat eccho.

Aliud memoriæ subjicit *Marculphus* Monachus
 in septimo seculo, qui toto libro *Spicum* aliquem
 nobis reliquit, ex quo subodorari licet lappasque
 tribulosque & infelix lolium, quod primæ seren-
 nioris Ecclesiæ sementi successit. Sic ille scribit
 in suo *ad laicum Indiculo*. Ille Rex, vir Inluster, illi fi-
 deli nostro ille ad præsentiam nostram veniens
 nobis suggerit, quasi vos nullâ manente causâ, in
 viâ ad fallissetis & graviter livorassetis & raupa
 sua in solidos tantos eidem tulissetis, vel post vos
 retineatis indebitè, & nullam justitiam apud vos
 ex hoc consequi posse &c. Apud eundem leguntur
 Dithyrambica illa vocabula ipso pænetremen-
 da sono, *Equalentia Appennis, cautio de infra-*
cturis, charta audientialis, charta de mundebur-
de, charta obnixationis, charta meliorationis,
concambium de villis, concamiatura, Regio an-
strutio, Emanitas, notitia de homine forbatudo,
 præse-

præceptum de læsi verpo, redemptionale, tractu-
ria &c. Sed desino barbarismorum, ne barbarus
ipse dicar. Confer *Frischlinum* in *priscian* ovapu-
lante, ubi huiusmodi sordium abundè est.

§. 46. III. Ex poëticarum vocum atque phrasium
imperitiâ: e.g. quis divinabit facile in illo Poëtæ

Et cereale solum pomis agrestibus implet.

Per cereale solum intelligi panis crustam? Hinc
videas propitiâ multos pallade tractare oratio-
nem solutam, in ligatâ verò iisdem hæere aquam
IV. ex constructionis varietate: vulgaris est gramma-
ticorum verficulus.

Respicit HIC propius, sed respicit ILLE remotum.
Sed locum id non habet apud *Livium*, cuius sen-
tentia, *Melior est certa pax, quam sperata victoria.* Hæc
(pax) in tuâ: illa (victoria) in deorum manu, confer
Vallam l. 2. cap. 4. & 5. Clarius verò exemplum de-
promitur ex historiâ Actorum Apostolicorum,
in quâ cap. 5. v. 3. & 4. *Petrus Annaniam* accusat &
ἤτε τὸ ἰδούαι τὸ πνέμα τὸ ἄγιον, in accusativo:
& *ἤτε τὸ ἰδούαι τὸ θεῷ* in genitivo. Ubi sta-
tim oritur quæstio an aliud sit ἰδούαι τὸν θεόν
mentiri Deum, & ἰδούαι τὸ θεῷ mentiri Deo? Ita
quidem statuit *Schmaltzius* in *disp. contra Græver.*
pag. 7. & *Enjed. in explic. loc.* Occasione hujus loci
(tametsi ad *διεγράμματα* hæc pertineant) duas
ponemus conclusiones. 1. *Aliquando ex constructio-
nis varietate mutari significationem, e.g.* apud *Aristo-
telem* lib. 3. de anim. cap. 4. aliud est μέγθθ εἶναι,
aliud εἶναι μέγθθ & lib. 7. *Metaph.* cap 7. aliud bo-
num, aliud bono esse: Ubi esse constructum cum
dati-

dativo notat essentiam, cum accusativo existentiam. Similia sunt exempla apud Latinos variatæ significationis, credere Deum, & credere Deo, rursus Immolare aliquid & alicui. II. *Sapè tamen constructionis varietatem eundem retinere sensum*, ut λαθώομαι obliviscor, eodem sensu constructur cum genitivo & accusativo: id verò vel ex usu loquendi vel ex aliis interpretandi subsidiis demonstrandum est: hinc præsentem in negotio & illum & hæc allegare possumus. *Vsum quidem, quia, observavit Robert. Stephan. tom. 4. thes. græc. ling. p. 713. ἄδωμαι cum accusativo personæ constructum idem significare quod fallere, frustra habere, quid verò est fallere aliquem, nisi mentiri alicui? Subsidium vero exhibent consequentia: Nam v. 9. τὸ ἄδωαι explicatur per πειράσαι tentare τὸ πνῆμα. Tentare autem Deum est, aliquod ejus attributum experiri: e. g. funambules & ἀπόπειροσκοποι tentant omnipotentiam Dei: misericordiam Epicurei: ita omniscientiam Ananias periclitatus est, partem precii subtrahendo: hoc verò modo aliquem periclitatur qui ei mentitur.*

§. 47. *Terminorum deinde ac orationum æquivocatio nihil est aliud quam infinitarum perplexitarum pelagus. Quis enim varios ambiguitatū mazandros explicabit, aut quæ charta complectetur exempla solum præcipua? quæ quoniam quotidie occurrunt, diligentius in remedia, quàm in morbum inquiremus, præsertim cum in superiori idea aliquos modos imponendi recésuerimus, de fallaciâ æquivocationis & ambiguitatis cum ageremus.*

PAR-

PARTIS PRIMÆ SECTIO III.

⊙ ΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ

ARTICULUS I.

*De remedio Subjecto Facultatis $\epsilon\pi\iota\lambda\upsilon\delta\iota\mu\eta\varsigma$
applicandis generalibus.*

§. 48. Sicut *Aristoteles l. 5. Politic.* cognitio causis mutationis ac corruptionis Rerumpub. facilem existimat esse remediorum cognitionem: Ita nos arbitramur omnes hactenus obscuritatis causas facillimè evitari posse, si ad illatum contraria fiat declinatio: si scilicet à subjecto ea removeantur, quæ glaucoma obiciunt, ea verò assumantur quæ lucem afferre possunt. Itaque primò *debilitas naturalis* non ab hoc solum, sed omni alio studio repellatur: Fundus nobis atque subscriptor est *Antonius ille Ciceronianus* lib. 1. de orat. num. 28. qui magno laudat opere illum Doctorem Alabandensem Apollonium: is licet mercede doceret, tamen non patiebatur eorum, quos iudicabat non posse evadere oratores operam apud se perire. Neque tamen hic quenquam desperare volumus ante experimentum, cum vix ullus sit inventus, qui studio & labore sit nihil consecutus. Deinde *debilitas negligentia* vincenda est per contrariam diligentiam, quæ non iis solum incumbit qui textui interpretando non assurgunt, sed iis etiam, qui textum habent pro veritatis quadam cynosura, contra quam statuit *Bellarmin. l. 3. de V. D. cap. 10.* Ubi scribit Ber-

F

rhoën-

S. IDEA BONI INTERPRETIS ET
 rhoenses, cum fuerint extra Ecclesiam, non obli-
 gatos fuisse fidem adhibere doctrinæ Pauli; Chri-
 stianos verò acquiescere debere omnibus exposi-
 tionibus papalibus. Non cōmendanda, sed omni-
 bus modis detestanda est illa *Mercatoris Placentini*
 ignavia, secum sic statuentis, malle se acquiescere
 in decretis Pontificis, ided solūm, qui illic com-
 pendio discere possit veritatem, videlicet si ajat,
 quod ait Pontifex: neget quod negat ipse. Si enim
 ignorantia vincibilis conscientiam aggravat &
 contaminat: quomodo illi ignorantix clientes
 stabunt coram tribunali Christi? qui non suā sed
 alienā fide crediderint? *Dites* homines de plebe in
 scripturā versari, id esse *ὄντες ἐν μύσῳ*. Dignum pa-
 tellā operculum! Perinde ac si in his ipsis non sæ-
 pe inveniantur, qui cum Doctoribus sapientiam
 in habitu solūm atque pilis præ se ferentibus con-
 tendere possint: ac si resistere vim inferenti non
 debeas, tūm etiam cum jugulum petit, nisi prius in
 alicuius Entelli scholā didiceris, quomodo cæsim
 dimicandum sit, quomodo punctim? Ad digno-
 scendum verum scripturæ sensum à falso etiam
 naturalis hermenevtica prodest, tametsi expedi-
 tior hæc sit certior & liquidior, si ars acedat. Mo-
 dō hoc teneamus, nemini qui quidem ad textum
 aliquem intelligendum conscientix quibusdam
 vinculis tenetur, licere otioso aut negligenti esse:
 nemini licere esse superstitioso.

§. 49. Tūm *præoccupationi* occurrendum est,
 non admittendo peregrinas glossas, cōmentarios
 postponendo, atq; suis oculis non mutud aliunde
 petitis

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 83

petitis textum contemplando. *Idia* quartò *ἐπιλαυσ* evitatur per voluntatis affectum pium, liberum, tranquillum. Acumen & nimius splendor ad temperamentum redigitur eo modo, quò eorum oculi qui è tenebricoso carcere deducuntur ad lucem. Hi non primò jubari solis exponuntur ubi est clarissimum, sed paulatim à minori luce ad majorem promoventur. Reliquis causis contraveniri eadem semper ratione potest, nimitum declinatione in contrarium. Omnium autem generalissimum interpretandi medium maximè scripturæ divinitus revelatæ est ardens ad Deum precatio, quâ sine

Nullus est felix conatus & utilis unquam.

Desine (enim) cur videat nemo sine Numine Numen

Mirari: solem quis sine sole videat?

ARTICULUS II.

De remediis specialibus & primùm de Vsfu logico in discernendis orationibus enunciativis à non enunciativis.

§. 50. Qui habitus in oratione occupatos, cuiusmodi sunt Logica, Grammatica & Rhetorica habitus instrumentales primò appellarunt, illi hoc ipso nomine nos admonere voluerunt *ἀπίστοις χερισ* eos attingere superiores facultates, qui hæc instrumenta negligunt. Sed quia non in pecuniâ solum sed artium etiam professione manus hominum oclatæ sunt credentes quod vident? idè degustandum omnibus horum habituum usum in explicandis controversis textibus propri-

84 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 habemus. Facto initio à Logicâ: nulla hujus pars
 est, quæ sterilis sit ac infœcunda. Conducit itaque
Logica 1. ad discernendas *Orationes Logicas ac enuncia-*
tivas à non logicis cujus modi sunt *Oratoriz, Gram-*
maticz, Poëticz, & quævis aliæ, de quibus ômnibus
 actum est in superiori *Idea* pag. 202. & seqq.
 Hoc à quovis cordato impetrabo, bono Interpre-
 ti diligenter distinguendas esse orationes, & mo-
 dos loquendi; ita 1. innuente *Evangelistâ Iohan-*
ne c. 21, 22. & seqq. Cum enim *Christus* hypothe-
 ticè dixisset, *Si volo eum manere donec veniam, quid ad*
te? Illicò sparsus fuit rumor, *Johannem non mo-*
riturum. Quid verò adhæc *Johannes* ipse? *Non di-*
xit Iesus, non moritur: sed si volo eum manere? &c. q.
 d. *Orationes categoricæ ab hypotheticis sunt di-*
stinguendæ. 2. suadente periculo, quod ex istâ
 orationum confusione nasci solet, quia enim ver-
 ba *Christi* *Matth. 19, 12.* *Monachus quidam apud*
Wierum lib. 3. de præstig. diabol. cap. 18. proptiè in-
 tellexit; idèd opus præstitit *δαίμωνις ἐπιρροίας καὶ*
καταικνῆς ἐπιβουλῆς: ut loquitur *Chrysof. hom. 63. in*
Matth. 3. ratione docente; quæ explicatur fusius in
 superiori *ideâ,* loc. cit. Quâ verò ratione & quibus
 casibus & quo judiciò illa discretio fieri debeat,
 hîc *Rhodus* hîc saltus! *L. Gordon. Huntlaus Controv.*
3. c. 9. n. 3. scribit. *nullum esse hominem privatum, qui cer-*
tò & sine ullo errore definire possit & declarare, quibus-
nam in locis utatur Scriptura propriis locutionibus, &
quibus impropriis? Nos, quia supra vicimus, Inter-
 pretationis infallibilem modum è ratione pro-
 manare, non commitemus ut hîc nobis non
 conste-

constemus : Idem quâ facilitate hanc suam sententiam præcipitavit Gordonus, eadem eandem dimittemus : certis itaque regulis rem omnem expediemus.

§. 51. *Regula I. Nunquam veniendum est ad sensum orationis tropicum nisi cogat necessitas.* Utamur verò 1. *authoritatibus*, 1. Porcij Latronu, apud Senecam. *summa*, dum scribit, *dementia est detorquere illam orationem qui recta esse liceret.* 2. Dn. D. Gerhardi tom. 7. §. 1. qui in communi vocum notione in intelligendo aliquo scripto consistit, is velut in communi viâ suaque possessione consistit; ut si quis eum inde, præsertim in controversiâ ac lite depellere velit, eum valde bonis ac evidentibus argumentis instructum esse oporteat. 3. *Bellarmin. l. 1. de Euch. c. 12. §. sed tota.* Cur sequamur proprium sensum, non debent à nobis petere adversarii, simile enim id esset, ac si quis quaereret ab iis qui sunt in itinere, cur sequantur viam communem & tritam, vel cur ingrediantur per portam, non fenestram? 2. *Ratione hoc syllogismo inclusâ.*

Quicumque sensus naturâ posterior est, is in interpretatione quoque cogitationes nostras eò deducit, ubi prior obtinere nequit.

Sensus tropicus natura posterior est. Curvum enim præsupponit rectum, & versus id quod simplex est. Ergo.

§. 52. *Coactrix illa necessitas non est 1. Utilitas, de quâ verba facit Hyperius, quandoque scribens sectari parabolas cogit necessitas, quandoque sola Utilitas. Utilitas quidè, quando verba grammaticè*

maticè sumpta nullam videntur afferre utilem doctrinam; Sic legimus Jacobum à Labano deceptum, substitutâ Rachelis loco Leâ. Ita Deus hujus seculi multos decipit rerum terrenarum amore, ut putent esse Rachelem, id est pulcherrima bona: sed quando è somno pravæ concupiscentiæ evigilant, agnoscunt esse Leam. Si non lusum quendam ingenii, sed sensum hoc in loco intelligit Hyperius, utique errat. Nam si is loci sensus est, qui vel interpreti vel aliis est utilis, latâ portâ admittetur *ιδία θήλων* supra damnata. Non

I I. Communis totius Ecclesiæ explicatio & Doctorum omnium consensus. Nunquam dimittendus est inquit Bellarm. l. i. de Euch. c. 9. proprius verborum sensus, nisi cogamur ab aliâ aliquâ scripturâ vel ab aliquo articulo fidei, vel certè à *communis totius Ecclesiæ explicazione*. (Romanam autem intelligit) Nam communis Ecclesiæ consensus importat illam necessitatem, vel quia plurimorum hominum cætus est, vel quia isti homines regulam aliquam sequuntur. Non primum, quia sic etiam viatori, non via quam statua docet, sed quam prædonum cætus ostendit magno conspirationis globo, ingredienda esset: quod quàm futurum sit periculosum omnes intelligunt. Relinquitur igitur verum esse posterius: pergendum itaque nobis est, ut indagemus illam necessitatis regulam:

Quæ II. non est analogia & collatio aliorum locorum nuda. Nam si hæc consequentia bona esset, vox hæc ab eodem auctore alibi accipitur tropicè, ergo hoc quoq; in loco tropicam esse necesse est tum à particu-

ticulari ad particulare vel ad universale esset infallibilis consequentia; contra omnem bonam logicam. Impingunt hîc primò Pontificij, qui quod in Apocalypsi *Babylonis* nomen sæpe improprie pro Româ usurpetur, inde conficere volunt 1. Petr. 5, vers. ult. per Babylonem Romam intelligi, *videfis Baron. tom. 1, annal. 45. num. 17.* deinde Calviniani, qui postquam aliquot loca scripturæ sacræ magna industriâ corraserunt, pro tropo in copulâ EST: tandem ex analogiâ putant se invenisse non quod pueri in fabâ, videlicet in propositione sacramentali 70 EST etiam sustinere tropum, quibus acutè respondet B. noster Lutherus: *Ein anders ist / es kan so heissen / ein anders / es muß so heissen.* 3. *Photiniani*, qui, quia vox ἀόβητος Jud. vers. 7. accipitur tropicè, eodem modo eam acceptam volunt Marc. 9. 43. quod ignis infernalis sit æternus effectivè solum, quia animæ æternum exitium afferat. non IV. *Rationis absurditas quavis*, quia fieri potest ut 1. absurdum aliquid sit, non tamen falsum, ut in idea superiori exemplis demonstravimus 2. ut absurditas sit apparens, non vera. *Confer Exeges. Dn. D. Gerhardi pag 515. & seqq. non V. Contradictio quavis & ubique.* nam 1. si auctor sit merus homo mendacii capax, potest fieri ut proprie utrobique locutus sit, non tamen utrobique verè. Frustra certè sunt, qui se macerant in conciliandis contradictionibus in eo auctore explicando, qui à Davide hotatur illâ universali maximâ: *Omnis homo mendax.* 2. Si contradictio apparens sit non vera, quæ impingit in notas bonæ oppositionis.

28 IDEA BONI INTERPRETIS ET
Feri enim potest, ut terminos non rectè penetra-
verimus, rerumque essentias & quid cum illis fa-
re possit, quid secus? non intellexerimus, nec in-
telligere planè potuerimus. Nimia profecto au-
dacia fuerit committere inter se terminos, quos
perfectè non intelligas.

§. 53. Rem omnem quia hic datur occasio ita se
habere illustri exemplo ostendemus, Calviniani,
quia videre se putant contradicere sibi has pro-
positiones:

Corpus Christi assidet mensa, divisum ab ore Petri
Et tamen

Corpus Christi non assidet mensa, sed est in ore Petri
Item

Corpus Christi nunc est in cælo
Et tamen

Corpus Christi nunc non est in cælo, sed in sacramento.

Idè ad tropum confugiunt: verentur enim, ne, si
utramq; propriè acciperent, Deum arguant con-
tradictionis ac mendacii. Rectè quidem hoc me-
tuunt: sed cur 1, non item metuunt in mysterio
SS. Trinitatis? magisne sibi opponuntur corpus
in cælo esse & esse in sacramento, quam unam es-
sentiam esse Trinam? *Cur non & ibi figuræ querunt,*
ubi Marciunt, ubi Arius, ubi Manes, ubi Origines, verba
sunt Maldonati in Harm. ad c. 26. Matth. cur postero-
rem potius quam priorem propositionem tropo
afficiunt? Cur non magis tropicam ascensionem
in cælos intelligunt, quàm tropicam sacramen-
tum? Est igitur ille metus, sed nō secundum scien-
tiam, quia non repugnat, absolutâ Dei potentiâ
unum

unum corpus in multis locis esse, Solvamus enim (quandoquidem semel liti condiximus) illa argumenta quibus contradictio probari solet.

1. Nihil discretum à se & loco separatum est unum.
Vnum eiusmodi corpus est discretum à se & loco separatum E.

Vnum eiusmodi corpus non est unum.

2. Omne quod est in ubi finito, hic est & non alibi.

Quoddam corpus non est in ubi finito, hic est ut & alibi E.

Quoddam quod hic est & alibi: hic est & non alibi.

3. Corpus meum alibi existens vel loco illuc fuit motum, vel de novo generatum. Si prius. Ergo non amplius est hic, sed ibi tantum, adeoque non est in multo loco. Si posterius. E. non est unum idemq; corpus cum meo.

4. Idem corpus posset esse 1. sursum & deorsum: 2. loco moveri & quiescere. 3. accedere ad locum & ab eodem recedere. 4. in uno loco summè calefieri in altero summè frigeri. 5. in uno edere, in altero esurire. 6. in uno occidi in altro benevalere.

Hæc huiusmodi si demonstrabimus non involvere contradictionem veram, tum spartam nostram sine dubio ornavimus. Respondetur ergo ad 1, esse in $\epsilon\sigma\ \omega\alpha\lambda\upsilon\gamma\eta\ \mu\epsilon\sigma\iota\upsilon$; nam aliud est esse discretum à se, aliud esse loco separatum; de priori nego minorem, quia quod discretum est multum est, sed unum corpus non est multum: de posteriori nego majorem, quia ut temporis multitudo essentiam rei non multiplicat, ita nec loci pluralitas. Unum corpus est hoc meum cum illo quod resurget, tamen sub diversâ est temporis differentiâ; ita &

F s unum

unum corpus diversis subesse locis potest. Non intimior substantiæ affectio est locus quàm tempus, ad 2. duplicem esse finitionem ac circumscriptionem corporis, unam *συμμετρίαν*, quâ locus corpori commensuratur & adæquatur: alteram exclusivam, quæ alium locum excludit. Posterior corpori est accidentalis prior essentialis: de priori nego majorem, concedo minorem: de posteriori concedo majorem, nego minorem. ad 3. dari tertium, nimirum adductionem corporis non localem, similem autem ei adductioni, quâ anima parti in substantiam alicuius abituræ adducitur, nec per motum localem nec per novam generationem. ad 4. in genere, ejusmodi corpus habere quidem unum esse substantiale, sed multa localia: Illa enim semper multiplicari quæ sequuntur esse locale non quæ sequuntur esse substantiale, confer *Bellarmin. l. 3. de Euch. c. 3.* In specie non esse absurdum 1. unum ens simul esse sursum & deorsum. 2. simul loco moveri & quiescere. 3. simul accedere & recedere. Nam si una manu se commovente altera quiescat, anima (quæ tota est in qualibet parte) simul movebitur & quiescet. Eadem anima, quatenus est in capite, remota est à terrâ; in calce eadem est conjuncta, Nulla hic subest contradictio, quia non est eiusdem quatenus idem, sed eiusdem quatenus habet multa esse localia. Quod attinet reliquos casus, tangunt illi ipsum esse substantiale, idè fieri non potest, ut unum corpus summè calefiat & summè frigeat &c. Sed posito, unum corpus hîc esse prope ignem, illîc prope
 gla-

glaciem, nec summè illud calefiet nec summè frigeſcet, ſed remiſſè: ita videlicet ſicut alteraretur, ſi in eodem loco ignis & glacies ei fuiſſent applicata. Rurſus ſi hic comedet, illic quidem non comedet, quia non habebit cibum ſibi proximum ſed tamen non eſuriet. Denique ſi uno in loco occideretur in altero etiam non quidem occideretur, moreretur tamen.

§. 54. Haſtenus falſas neceſſitatis cauſas re- cenſuimus, nunc afferemus etiam veras, vera igitur cauſa cogens tropicam explicationem eſt 1. contradic- tio manifeſta in extremum diſcrimen adducta, quæ nulla alia ratione poteſt conciliari. Eſt enim explicatio per tropum remedium extre- mum. Quia itaque alia via hæc contradic- tiones ſolvi poſſunt.

1.
 Descriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrino Luc. 2, 2.

Et
 Descriptio prima non facta eſt præſide Syriæ Cy- rino, quia Quirinius præſidem demùm egit ali- quot annos poſt, defuncto Quintilio Varo, & Archelao relegato teſte *Joſepho. lib. 17. antiq. Jud. in fine.*

2.
 Bethlehem eſt minima in tribus Judæ Michæ. 5, 2.
 Bethlehem non eſt minima in tribus Judæ Matth. cap. 2. v. 16.

Hæc inquam & infinita alia quia alia ratione ex- pediri poſſunt, non eſt periclitandum extremum reme-

92. IDEA BONI INTERPRETIS ET
 remedium. Nam in primo nec Evangelista in du-
 bium vocandus, quod facit *Baron. in appar. num. 80.*
 nec *Iosephus* mendacii arguendus est, cum verosi-
 mile non sit *Iosephum* patriæ suæ Magistratum ex
 memoria tam recenti ignorasse. Neque cum *Cas-*
saubono solum dicendum est quod fieri potuerit,
 sed quid revera factum sit? Sed græca constructio
 diligenter consideranda est, cujus gratia τὸ πρῶτον
 constructum cum genitivo sæpè habet sensum
 comparativum, e. g. *Joh. 1. 15.* ὅτι πρῶτος ἐμὲ ἦν quia
 prior me erat, *danner war ehe dann ich.* B. Luther,
 & c. *15. Joh. 18.* χινώσκετε, ὅτι ἐμὲ πρῶτον ὑμῶν μνη-
 σθητέ, scitis quod me prius quam vos qdio habue-
 rint. Taceo profanos auctores, è quibus ad hanc
 rem piuscula alia afferre possem. Huius igitur loci
 biblici ἄντι ἢ ἀπογορεὴν πρῶτον ἐγένετο ἢ ἡμενονδοντῶ-
 τῆς *Eveias Kupuviv*, duplex esse sensus potest, vel
 quod ista descriptio fuerit omnium prima, & con-
 tingerit sub præsidio *Quirinii*: vel quod ista descri-
 ptio prior fuerit ea quam (aliquot annis post, eo
 videlicet tempore, quò *Iudas Gaulanites* seditio-
 nem excitavit, cuius sit mentio *Actor. 5. 37.* confer
Ioseph. lib. 18. ante c. 11.) *Quirinius* imperavit. Quæ-
 ritur quis sensus sit intentus? hic certè posterior
 qui cum veritate historica consentit. *Obiicit Scul-*
terus lib. 1. exerc. Evang. c. 47. si nostra explicatio ve-
 ra fuisset, debuisset Evangelistam interponere arti-
 culum, atque sic scribere ἄντι ἢ ἀπογορεὴν πρῶτον
 ἐγένετο τῆς τῆς *Kupuviv ἢ ἡμενονδοντῶ* & c. Sed quam
 necessarium hoc non sit, constitit ex superioribus
 exemplis.

In secundo itidem vera non est contradictio: Nam locus Michææ vel interrogativè exponi potest, q. d. Et tu Bethlehem Ephrâta minima sis? vñd solistu die geringste seyn? minimè gentium, quæ oratio interrogativa non contradicit, sed æquipollet negativæ Scribarum, confer Jer. 31. 32: cum Heb. 8. 9. vel quoddam expeditius, Bethlehem à propheta dicitur minima ratione existentiae (expressè enim propheta addit מְיִימִינָה ad existendum q. d. ratione existentiae tu minima es) è scribis dicitur maxima ratione nativitatis; quàm præbebit maximo Regi Messiae.

§. 55. Quod verò contradictio manifesta, quæ conciliari nullo modo potest; ad tropum nos ducere debeat, probatur. 1. *ratione*, quia alias essemus auctori calumniam facturi, eumque mendacii accusaturi; cum è duobus contradictoriis alterum necesse sit esse falsum. Si enim auctor posuerit hominem esse bullam, & alibi statuerit hominem esse animatum: Tu si utrumque credere velles & accipere in sensu literali, simul esses crediturus hominem esse bullam, id est, non animatum & tamen animatum. 2. *exempli sacri*, Deus dicitur spiritus Joh. 4. & tamen toto in sacro codice describitur per corporea membra: quis verò tam absurdus est, ut utrumque accipere velit propriè? Ecquæ tandem invenietur conciliatio quæ cogat ad assentiendum utrique effato? Matth. 18, 8. mandatur partium corporis abscissio contra legem Decalogi ne occidas vel lædas teipsum. Utrumque si quis vellet observare in sensu literali, & læsus

94 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 surus esset seipsum in ea parte quæ præberet se in-
 strumentum peccandi & tamen seipsum non esset
 læsus. Tropicè igitur intelligi alterutrum debet.
 Illustrissimum exemplum depromitur è Theolo-
 gia polemica. *Concilium Tridentinum, sess. 5. S. 2. de*
concupiscentiâ in renatis residuâ, ita sancit, Hanc
concupiscentiam, quam aliquando Apostolus peccatum
appellat, sancta synodus declarat, Ecclesiam Catholicam
nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè &
propriè in renatu peccatum sit, sed quia ex peccato est &
ad peccatum inclinat, si quis autem contrarium senserit,
anathema sit. Rationes divertendi ad metony-
 miam edit *Bellarminus libr. 5. de amiss. grat. cap. 10.*
 quia contradictionem implicet, in renato nihil
 esse damnationis, esse eius peccata destructa, &
 tamen propriè dictum peccatum in eodem adhuc
 nidulari. Nos etiam quia meritum & gratia sibi
 opponuntur, in articulo justificationis vocem
meriti, non accipimus propriè pro actu præstato in
commodum alterius propriis viribus, eius qui id præstare
non tenebatur, nisi merces persolveretur, sed tropicè,
in quantum (verba sunt Lytani in cap. 10. Johan.)
omne quod redditur in præmium laboris, dicitur merces.
 confer *Chemnit. in exam. Concil. Tridentin. m. p. 185.*
 Hic quaeritur *cur nobis ob contradictionis metum, fi-*
guram querere; id verò non liceat Pontificiis? Respondeo,
 idè, quia ibi sensum literalem obtinere possu-
 mus & ex aliis mediis bonæ interpretationis ap-
 parentem contradictionem ad liquidum redige-
 re, id quod hoc in loco fieri nequit. Non enim
 hæc verè pugnant.

In renato peccatum proprie dictum adhuc inhaeret.

Et tamen

1. *In renato nulla est condemnatio*
2. *In renato peccatum est destructum*
3. *Renatus est sanctus*
4. *Renatus est sanguine Christi mundatus &c.*

Nam in 1. non est ἀνάστασις ἡ αὐτοῦ; neque enim æquipollent peccatum & damnatio, aliàs sequeretur omnem eum qui peccat damnari, & omnem damnatum peccasse. Utrumque falsum: nam sæpe absolvitur qui peccavit, non ex nimia solùm clementiâ, sed justitiâ etiam, si judici aliunde sit satisfactum. e. g. Titius debet mille thaleros, nec est solvendo: dies illi dicitur, damnatur ad perpetuum carcerem: sed Titii Frater Sempronius præstat debitum, fide jubet, satisfacit: Judex accipit & debitorem justè absolvit, Ecce qui peccat tamen non damnatur. Contra multos damnari qui non peccarunt, sonorâ voce testantur Martyrologia. In 2. si græcum considerabimus textum, iterum apparebit ἐναντιοφανές, nam Rom. 6, 6. dicitur ἡναγκαζομένην ut inefficax, ociosum, inutile reddatur corpus peccati: quia mortui non mordent: at verò si inutile est, est igitur: in 3. iterum non est contradictio, quia non est τὸ αὐτὸ ἢ αὐτὸ: Renatus est non sanctus denominatione intrinsicâ & renatus est sanctus denominatione extrinsecâ, imputatâ sc. justitiâ Christi: perinde ut actus liber intrinsecè, extrinsecè in respectu ad infalibilem Dei præscientiam, est necessarius. In 4.

ite-

56 IDEA BONI INTERPRÉTIS ET

iterum est falsa oppositio, quia vox mundationis est æquivoca, at ἀντίφασις ἐστὶ τῆ αὐτῆ ἢ αὐτῆ μὴ ὁμορῦμας, vel enim mundatio est physica, vel meritoria. Illa in Levitico sacerdotio obtinuit, ubi aqua mundatae fuerunt victimæ; huiusmodi mundationem physicam excepit meritoria, quæ nobis Servator promeruit coram conspectu Dei munditiam aliquam (minimè verò nostram sed) imputatam, quæ Deus conspiciet nostra peccata tecta (alis ἰλασνεῖ Rom. 3, 25.) ut tecta sunt etsi non tectè & occultè. Opponitur verò inhærentiæ peccati mundities physica, non item meritoria. Nam quod physicè in nobis non sit perfectà aliqua ac omnimoda mutatio, patet vel ex hypothesi adversariorum, qui concedunt in renatis adhuc manere morbum aliquem, livorem, vulnèra: quid verò his fœdus, quid immundus?

§. 56. Contra loca de merito & gratia inter se commissæ nullâ omninò ratione conciliari possunt, ut servetur sensus literalis: cum merces gratuita absorbeat quasi nomen mercedis, est enim contradictio in adiecto merces (proprie dicta) gratuita: præsertim cum ipse Spiritus S. oppositionem proponat ita certam, ut non possit certiorè Rom. 11, 6. Verùm de his prolixius Theologia. Unum hic subdubitare aliquis adhuc posset, *cur tropum potius in merito quam in gratia: potius in vocibus corporæ membra Deo assignantibus quam in spiritu? potius in verbis Christi Matth. 18, 8. quam in Decalogo ponendum putemus? cum tamen sæpè plura loca afferri possint, quæ vocibus in usantur, quæ nos tropo afficimus, quam*

quam propriu? Idèò advertendum notam tropici sensus non esse paucitatem locorum, quibus vox usurpàri solet, secus ad Anthropomorphitarum classem essemus abituti: illis enim plures textus allegaturis, nos unum solùm opponere possumus, qui extat Joh. 4, 24. Sed is locus tropo locum vacuè facit, de quo 1. minus præsùmitur quod sit literalis: qui 2. cum majori absurditate conjunctus est: qui 3. ab aliis interpretandi mediis proditur. e. g. De lege major præsùntio est quod sit in proprio sensu intelligenda, quàm de adhortatione aliquâ: cum legem perspicuam esse necesse sit, cum jubeat non suadeat (tropis quibusdam oratoris) Item quia verosimilius in verba testamentaria non cadere tropum quam in recitationem solam historicam: idèò si Calviniani evincerent tropum esse necessarium, potius eum in articulo ascensionis & reditus ad judicium quærere deberent, quàm in ultima Christi voluntate. Similiter magis absurdum est Deum esse corporeum quàm spiritum, illicitaq; tropus quærendus fuerit non hîc. Nam si Deus spiritus non esset sed corpus, vel nullus daretur motus localis, vel daretur penetratio dimensionum, vel subinde divina essentia corporibus loco motis cedere deberet, & spacium aliquod sui ac intervallum relinquere: quæ absurda esse omnes intelligunt.

§. 57. II. *Causa cogens tropicam explicationem est sensus manifesta ac certâ absurditas orta vel 1. ex historia profana & eventus dissonantia, ut Luc. 19, 44: denunciat Christus Hierosolymæ, non relictum*

98 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 iri lapidem super lapidem; cum tamen postea Ro-
 mani non fuerint tam curiosi, ut singulos lapides
 ex fundamento eruerint & à se mutuo avulsos dis-
 jecerint, sed relictæ adhuc fuerint turres, Phasaë-
 lus, Hippica & Mariamne, murique tantum, quan-
 tum civitatem ab occidente cingebat, teste *Iosepho*
lib. 7. bell. Iud. c. 18. Hinc sine dubio hyperbole agno-
 scenda in scripturis usitatissima q. d. civitatem ita
 dirutum & complanatum iri, ut qui accessuri sint,
 homines hîc aliquando habitasse, non sint credi-
 turi. Vel 2. ex *prædicationis logica impossibilitate*, quia
 enim disparatum de disparato dici nequit, ideo
 Herodem esse vulpem, vel Cæcos videre, ineptus
 sis si propriè intelligas. Probatur hæc conclusio 1.
ratione, quia iterum calumnia affecturus es aucto-
 rem exponendum, tanquam absurdus ille fuerit
 & rationi sanæ voluerit vim facere. 2. *Auctori-
 tate* 1. *Augustini*. Si manifesta certæque rationi
 velut scripturarum obiicitur auctoritas; non in-
 telligit qui hoc facit: nec scripturarum illarum
 sensum, ad quem penetrare non potuit, sed suum
 potius obiicit veritati: nec quod in eis, sed quod
 in seipso, velut pro eis invenit, opponit. *epistol. ad*
Marcell. 7. confer l. 3. de doctr. Christ. cap. 10. 12. & 16.
 2. *Interpretem poetarum*, qui cum manifestam vide-
 runt absurditatem in fabulis, medelam adhibue-
 runt per ἀναγωγὴν ἐς μυστικὰν, quam vocarunt δε-
 γματικὰ καὶ μύθων ἀπὸ ἰσορῶν, confer *Arctium l. de alleg.*
p. m. 280. III. ex periculo

Nos igitur faciant aliena pericula cautos.

Judæi (quorum in scholâ hæc audiuntur axioma-

ta. 86

ta. Si duo Rabini inter se contendant & sermones contradicentes proferant, credendum esse utramque sententiam Dei viventis esse, teste Buxtorff. in Synag. Jud. ex Thalmud. Item Etiam si dixerint Rabini de manu dextrâ quod sit sinistra, & de manu sinistra quod sit dextra credendum id esse, verba sunt R. Salomonis Jacchi Comment. in Deut. 17, 11.) si propheticas quasdam prædictiones maluissent tropicè intelligere, quàm in apicibus solùm literarum hære: de Messia exhibito & ejus regno non ita sinistra judicassent. E sexcentis unum afferam non meis sed B. Lutheri verbis usus in præfat. *super Ezechiellem*. Aber für allem ist der Juden vnd ihres gleichen Verstand zuverwerffen / die da meynen / es solle (der Tempel Ezechielis cap. ult.) seyn der dritte Tempel / der durch ihren künstigen Messiam gebawt werden müsse / vnd rühmen viel Herrligkeit davon in ihrer nârrichten / vergeblichen Hoffnung / vnd sehen nicht die blinde vnd grobe Leut / daß der Text solch ihr Traum nit leyden kan / wie es Lyra auch gar artlich überweist: Dann Hesekiel nicht sagt / daß diese Statt soll Jerusalem heissen / auch nicht an dem orth stehen / da Jerusalem gelegen ist / welche gegen Mitternacht am Berge hanget / vnd der Tempel mitten drinnen auff dem Hügel Moriah stund / vnd das Schloß zu oberst gegen Mittag. Aber die Statt Hesekielis soll gegen Mittag ligen / vnd spricht sie soll heissen / Dominus ibi, da Gott / oder Gott da / das ist da Gott selbst ist. Vnd der Tempel soll nicht drinnen seyn / sondern wie die Rechnung gibt / wol sieben guter grosser Teutscher Meyl wegs von der Statt gegen

100 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 Mitternacht. Vnd die Statt auff einem hohen Berg
 soll haben bey neun guter grosser Teutscher Meylen/
 beyde in die länge vnd breite daß die Ringmawr be-
 greiff vmb vnd vmb 35. Teutscher Meylen / das mag
 ein Stärlein heissen / vnd ein Berglein darauff sie
 ligt; Wann nun (sequitur rationis absurditas) ein
 Burger am endt der Statt gegen Mittag wohnend
 zur Kirchen oder Tempel gehen wolt / der müste 16.
 Meyl wegs gehn / als 9. durch die Statt / vnd darnach
 7. biß zum Tempel. & pauld post: Auch soll ein groß
 Wasser inwendig auß dem Tempel stessen ins rothe
 Meer / daß sie in keinen weg reümt / mit der Ländschafft
 Israel. & mox: Der Altar soll auch 12. Ehlen hoch/
 vnd oben 14. Ehlen breit seyn / daß ein Priester / wann
 er schon die Treppen hinauff steigt / dennoch muß er
 ein Arm haben 7. Ehlen lang / daß er mittent auff den
 Altar reichen / vnd die Opffer zurichten könn / das
 muß ja auch ein eben Priesterlein seyn. Hic omnibus
 ita discussis B. Lutherus manifestâ rationis absur-
 ditate coactus descendit ad sensum tropicum & de
 regno Christi spirituali exponit.

ARTICULUS III.

*De secundo usu logica in reducendis Orationibus non
 logicis ad logicas per expositionem.*

§. 57. Orationes non logicas in genere dici-
 mus eas omnes, quas Aristoteles l. 1. *de i. s. p. c. 4.*
μὴ ἀποφαντικὰς appellat, idem quia I. non sunt aptæ
 ad syllogismum: non sunt II. quæ tales, capaces
 veri & falsi: non III. nomine & verbo logico con-
 stant, quæ de re in superiori ideâ prolixè est actum

p. 202. & seqq. Redigi verò possunt omnes orationes non enunciativæ ad duo generalia capita. Sunt enim omnes vel I. *Grammatica*, vulgares, & communiter usitatæ, eæque vel *imperfectæ*, ut qui studet optatam studio contingere metam: Item Trojæ supremum audire laborem: vel *perfectæ*, ut qualis Rex talis est grex: accipe, hoc est vinum: & similes infinitæ aliæ. Vel II. *Oratoria*, sub quibus etiam poëticas complectimur, & hæc vel I. *Tropica* sunt, ut homo est homini lupus, &c. vel II. *Figurata & Schematica*, e. g. ἰσῶτιματιχῆ.

Sed vos, qui tandem? quibus aut venistis ab oris?

Quove tenetis iter ———

Item per ἀποσιώπησιν prolata, ut quos ego! sed motos præstat componere fluctus. Omnia hîc exempla conglobare, est integram Rhetoricam describere. Vel III. *παθητικῆ* & quovis modo (non tam mentem quàm affectum) exprimente cujusmodi sunt Orationes *operative*. Omni præteritos referat si Jupiter annos! *Deprecativa*, Parcite Dardanidæ de tot precor hostibus uni &c. De his omnibus immediatè & absque expositione dicere nemo potest veræ sint an falsæ? affirmant an negent? Exponibilia doctrinam tanquam scholasticam & intricatam multi repudiant & illuc amandant, ubi eiusmodi pelopidarum, neque nomen neque strophas audiant. Sed malè & periculosè hos agere, demonstrabo I. *ratione*.

Quicumq; de auctoris vel Doctoris quem vult intelligere, textu tenetur ostendere verum sensum, affirmantem ac negantem, absolutum con-

101. IDEA BONI INTERPRETIS ET
ditionatum, proprium tropicum &c. is tenetur,
orationes non logicas convertere in logicas, &
quasi ad liquidum redigere.

Omnis bonus Interpres hæc hujusmodi tene-
tur præstare, secus suo se ære non exolvit, nec
officio sibi sumto satisfaciens. Ergo &c. Major
inde probatur, quia de solâ oratione logicâ no-
mine & verbo constanti, expeditè certò ac infal-
libiliter dicere possumus, affirmet an neget? &
omnem ejus sensum liquidissimè exolvere. Id
quod exemplis mox fiet planius. Minor in con-
fesso est.

II. *Auctoritate I. Aristotelis.* Is l. 1. *ἀεὶ ἐστὶν.* c. 12.
juxta sectionem Pacianam, fundamenta sternit
æquipollentiæ logicæ, in conciliandis propositioni-
bus inter se oppositis. Eum sequuntur omnes
logici, sed tanquam religione aliquâ prohiberen-
tur, plures statuerunt subsistendum ibi esse, cum
Aristotelæi organi pomœria dilatate, id sit scelus

— *brevibus gyaris & carcere dignum.*

Atqui verò, si, quia obscura hæc est (non qui-
dam homo non est non animal) exponenda fuit
per æquipollentem, omnis homo est animal : cur
non ob eandem causam aliæ propositiones suâ ob-
scuritate perplexæ sint exponendæ? sufficit nobis
ab Aristotele primam datam esse delineationem,
nos eam pluribus coloribus reddemus illustrio-
rem I I. *M. Tullij Ciceronis.* sic ille *Orat. in Pisonem.*
Non dixi hanc togam, quâ sum amictus, nec ar-
ma scutum aut gladium unius Imperatoris: sed
quia pacis est insigne & otii toga: contra autem

arma

arma tumultus atque belli more poetarum locutus, hoc intelligi volui, bellum ac tumultum paci atque otio concessurum. Quid verò hoc aliud est, quam orationem tropicam & non logicam

Cedant armatoga, concedat laurea lingua: exponere per hanc logicam, bellum cedit paci, & victoria eloquentiæ. Oratio Grammatica est litera: expositio eiusdem logica est literalis sensus.

§. 58. III. Ex periculis quæ impendent hæc levi brachio tractantibus: horum nonnulla commemorabo, & in idea quasi Calumniatoris ingenium exprimam: percurram verò omnes exponibilium species, ut sunt I. *Orationes per descensum explicanda.*

Auctor posuerit

Nullum ex legatis (quorum plura ac varia esse possunt, ut agri vestigales, numi, bibliotheca, suppellex &c.) est necessarium ad Testamentum.

Calumniator ita interpretabitur.

Posse testamentum esse sine ullo legato, sine & hoc & isto & illo & quovis alio conjunctim.

II. Orationes ampliatiuæ,

Dixerit auctor

Cæci vident.

Calumniator exponet

Cæcos etiam tùm cum cæci sunt, videre.

III. Orationes comparatiuæ

Scriserit auctor

Nulla scientia humana non magis ducit ad Christum quam Philosophia practica,

Cavillator ludet

Ergò Philosophia practica tanquam medium
conversionis ducit ad Christum.

IV. Orationes exclusivæ,

Dixerit auctor optimo sensu

*Non sola bona opera iustificant, id est, nec iustificans
opera, nec sola iustificant.*

Sycophanta concludet

Ergò bona opera iustificant, et si non sola.

V. Exceptivæ,

Textus ita habeat

Nemo venit ad filium nisi pater traxerit eum.

Id accipiet Sophista hoc sensu

*Quemcunque pater trahet, ille veniet, id quod est con-
tra experientiam.*

VI. Reduplicativæ.

Auctor scripserit

Æthiops quatenus habet dentes est albus.

Calumniator exponet

*Æthiops quia dentes habet est albus, atque hinc
concludet:*

Quicquid habet dentes, id est album

Atqui Vacca nigerrima habet dentes. Ergò

Vacca nigerrima est alba.

VII. Orationes per sensum compositum vel di-
visum explicandæ

D, Paulus dicat

Deus iustificat impium, Item Deus fecit impium
Proverb. 16, 4.

Calumniator ridebit ac indignabitur

Impium esse iustum, Deum esse causam peccati.

VIII.

MALITIOSI CALVMNIATORIS, 105
VIII, Orationes per æquipollentiam exponendæ,

Auctor posuerit

Non omnis homo est asinus

Calumniator quæret

Aliquem hominem, qui sit asinus?

vel

Non omnis (id est, ullus) vivens justificabitur
Psalm. 143, 2,

Ergo ex interpretatione Hieronymi in comm. Eph. 1.

Aliquis vivens justificabitur.

In Psalmo 34, 21. literâ Sin dicit Regius Psalter:
Custodit Dominus, omnia ossa eorum, & unum ex
his, non conteretur. Judæi hinc per subleſtam
interpretationem suxerunt errorem, de officio
Neskoï semper incorruptibili, resurrectioni olim
materiam & quasi semen præbituro vide Cornel,
Agrippam in Philosoph, occult. cap. 20, Hi si do-
ctrinam æquipollentiæ logicæ advertissent, non
devenissent in eam absurditatem, si enim OMNIS
NON æquipollet NULLI, quanto magis eidem
æquipollebit UNUM NON?

IX. Orationes conjunctæ ad simplices revocandæ,

Servator Matth. 18. ait

*Vbi duo vel tres in nomine meo congregati sunt, ego
ero in media eorum.*

*Hoc ita accipies Calumniator, sicut accipi proposicio-
nes disjunctæ aliàs solent.*

Deus præsens erit vel duobus vel tribus,

*Atqui duobus Ergo non tribus, Hæc enim ratione con-
cludunt disjunctivi syllogismi, unum videlicet ponendo
alterum destruendo.*

G f

Si

Si starent Moses & Samuel coràm me, non esset anima mea ad populum istum.

Iesuita Hagerus ita pervenit in collect. art 21. q. 1.

Si steterint & oraverint pro populo sicut aliàs solent; neque enim ita de iis loquimur, quí aliquid vel non solent vel non possent facere.

X. *Orationes quas exhibitivas* nonnulli appellant, in quibus eminet illa controversiæ plenissima **HOC EST CORPUS**, Hanc Calvinus arrodit, hanc pervertant Pontificii, Ille exponit

Hoc est corporis mei signum

Hi ampliant ubi stare possent,

Hoc quod fuit panis est meum corpus. In hac controversiâ quicquid hætenus erratum est, id ego existimo præcipuè natum esse ex ignorantia & contemptu doctrinæ de exponibilibus, ut res ipsa testabitur.

XI. In Universum omnes *Orationes Oratoria affectuose, aut tropica aut figurata:*

dixerit Jehova

Ecce Adam est nobis similis

Cavillator statuet

Adamum cum imaginem divinam perdidit, imaginem divinam acquisivisse.

Hæc huiusmodi certâ quadam arte ac in fallibili vindicare, non id cuiusvis est

———— *de crassa gente Meneni*

Sed eius quam hermenœtica facultas non imbuat mediocriter.

§. 59. Fuerit itaque nobis aperienda aliqua ratio, in eum locum has huiusmodi orationes collocare,

care, in quâ suâ luce radiant, neminemq; decipere possint: Is verò locus est Oratio logica ac enunciativa, categorica, propria, plana, perspicua, perfecta affirmationem ac negationem, veritatem ac falsitatem immediatè & directè ostendens idque idè, quia constat ex nomine logico recto, finito, absoluto, concretivo per se significante; Copulâ verbali, Et prædicato logico finito, indicativo &c.

Via huc loci ducens est Expositio, de quâ sequentes observamus regulas tanquam Mercuriales statuas. Quarum prima est *de orationibus Grammaticis & vulgaribus: In omni oratione textu contenta studiosè indagandus est situs extremorum logicus, sive subiectum & prædicatum in suo debito situ.* Nam seu per Cryptin seu per vulgarem loquenâi consuetudinem situm huncce non rarè inverti, nemo tam bardus est, qui nesciat, Cæterum ad principia logica, hîc nobis redeundum est, & modi prædicationum varii sunt internoscendi, ut inde appareat quæ sint subiecta in propositione, quæ prædicata:

§. 60. His positis sequuntur regulæ aliquot speciales dignoscendi subiecti à prædicato, hoc prius animadverso, de prædicatione non logica nihil nos præcepturos, quia I. in identicâ & negativâ liber est situs, perinde enim est sive dicas nullum equum esse hominem, sive nullum hominem esse equum. II. indirecta ipsa sui anomaliam ab arte nostrâ exulat. Esto igitur regula I. *In prædicatione logica id semper subiectum est, quod est nomen logicum: id prædicatum quod est verbum logicum.* In hâc itaque (Rustici est arare) subiectum non

108 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 non est casus obliquus Rustici, sed rusticus, mu-
 tando orationem obliquam in rectam Rusticus
 est arator. Similiter in hac (Quorum Deus Deus
 est, vivunt & non sunt mortui) nullus terminus
 explicitè positus est subiectum, sed is quem rela-
 tivum (quorum) tacitè respicit, videlicet *illi*, quo-
 rum Deus Deus est sunt illi qui vivunt &c. sem-
 per itaque scrutandum fuerit in quavis proposi-
 tione nomen & verbum ejusmodi, quale ex Ari-
 stotele definivimus in superiori ideâ pag. 203. &
 seqq. quam doctrinam qui probè intelligit, hic
 non hærebit. II. *In propositione terminus (ratione
 ordinis prædicamentalis) superior, revera prædica-
 tum est, etsi prædicati loco non sit positus.* Exemplum
 est Illud Johannæum (nam trita & quotidiana
 non allegabo) καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος, & Deus erat ver-
 bum? Dubium hîc est *Deus sit subiectum an verbum?*
 Nos respondemus λόγον esse subiectum, non quod
 habeat præfixum articulum, ut quidem opinatur
Zabarella lib. 1. de propos. necess. cap. 12. (hæc enim
 nota fallax est, nam sæpe articulus emphaseos gra-
 tia etiam prædicato præfigitur, utpote Matth. 5.
 v. 13. & 14. & cap. 21. v. 38. Luc. 22. v. 19.) sed quia
 Deus est terminus communior & generalior &
 per consequens superior τῷ λόγῳ: Omnis enim
 persona quæ λόγος est, Deus est; non item omnis
 persona quæ Deus est, λόγος est. III. *In proposi-
 tione ea, in quâ prædicatum non est latius subiecto, id in
 Universum ac perpetuo prædicatum est, quod habet ratio-
 nem formæ, id subiectum quod habet rationem materiae.*
 Et ratio est, quia

Omnia

Omni denominatio est à forma,

Omni prædicatio est aliqua denominatio Ergo

Omnis prædicatio est à forma.

Major inductione patet, quia anima hominis non dicitur corporea, sicut corpus appellatur animatum. Forma non dicitur in corruptibilis, ob materiam primam in qua est: sicut materia dicitur pulchra, ob formam quam habet. Dicitur autem hoc in loco generaliter materia, quicquid se habet ut communis forma, quicquid se habet ut restrictius, determinatius, expressius. E.g. in hac prædicatione, homo est albus: materiale homo est, formale albus, est enim albedo forma per quam homo (restringitur ad esse albi. similiter omnis differentia & definitio est forma suæ speciei: nunquam igitur in naturali prædicatione, de differentiâ aut definitione affirmati species debet, sed contra de hac illa & ista.

IV. In propositione eâ, in qua vix aut omnino non possit distinguere formale à materiali, ob connexionem merè eventualem situs extremorum est arbitrarius, e. g. perinde est sive dicas album est dulce, sive dulce est album: nam hic nec album est forma dulcis, nec dulce albi, sed utrumque alicujus tertii.

§. 61. Quia vero in propositionibus conjunctis, quas etiam ad simplices & categoricas reduci oportet, longè difficilimum est subiectum & prædicatum invenire, idè de his est regula specialis. V. In propositionibus hypotheticis subiectum est, casus rectus de quo prædicatum dicitur, præcisa à conditione, condi-

conditio connexiva est casus, modus ac determinatio prædicati habet enim vim limitationis aut reduplicationis, quam prædicati esse affectionem demonstravimus in superiori idea sect. 2. §. 87. & seqq. Prædicatum verò est id quod superest. Hæ igitur hypotheticæ & non logicæ.

1. *Si albedo est color est qualitas.*
2. *Si Christus resurrexit, nostra etiam corpora resurgent.*
3. *Si Christus non resurrexit, nostra corpora non resurgent.*
4. *Si virtus est sequenda, vitium est fugiendum.*
5. *Si iustitia est ex lege frustra Christus mortuus est.*
6. *Si Moses & Samuel starent coram me, non esset anima mea ad populum istum.*

Exponuntur per has logicas.

1. *Omnis albedo est qualitas, posito quod sit color.*
2. *Nostri corpora resurgent, posito quod Christus resurrexerit.*
3. *Nostri corpora non resurgent, posito quod Christus non resurrexerit.*
4. *Vitium est fugiendum, posito quod virtus sit sequenda.*
5. *Christus frustra est mortuus, posito quod iustitia sit ex lege.*
6. *Anima mea non est ad populum hunc, posito (sed non concesso) quod Moses oret pro populo.*

Mirari hîc subit audaciam Hægeri, cum neget hypotheticè enunciari, quos quis non soleat vel non possit facere. Nam si vera est ejus ratio, sequetur

MALITIOSI CALVMNIATORIS. in
 quetur vel solere vel posse; Papam (illum scilicet
 fallere nescium Petri successorem) innumerabi-
 les populos catervatim secum ducere ad manci-
 pium gehennæ, quia hæc hypothetica clarè & per-
 spicue legitur *dist. 40. c. 6. si Papa &c.* sine dubio in
 alia severtet omnia & cum nobis, illam conditio-
 natam hunc in modum exponet.

*Papa à nullo mortalium debet redargui, posito, (sed
 non concesso) quod innumerabilis populos in ge-
 hennam abduceret.*

VI. In disiunctivis subiectum est nomen vel nomina in
 casu recto posita, de quo vel quibus aliquid vel absolutè vel
 sub disiunctione dicitur vel explicite vel implicite: Pra-
 dicatum est verbum unà cum altera parte disiunctionis:
 casus predicati est id quod superest membrum videlicet
 disiunctionis alterum hypotheticè enunciandum quia &
 hic est aliqua veritas respectiva.

VII. In iisdem disiunctivis, cum disiunctiva particula
 habet prefixam negationem, utrumque disiunctionis
 membrum in resolutione est afficiendum aliqua negatio-
 ne: si verò disiunctiva particula absolutè sit posita sine ne-
 gatione, tum alterutrum solum membrum negatione est
 afficiendum.

Sunto igitur hæc disiunctivæ.

1. *Ananias aut Deo mentitus est aut homini.*
2. *Vel cælum vel terra non movetur.*
3. *Aut par turturum offeras aut columbas.*
4. *Aut homo animal est aut non est homo.*
5. *Homo nō aut lapis aut canis est (sed: q. d. d. neuter)*
6. *Petrus non aut homo est aut animal, sed q.*
utrumque.

Eno:

116 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
Enodantur hoc modo

1. *Ananias mentitus est Deo, posito quod non homini. Vel Ananias mentitus est homini, posito quod non homini. Vel Ananias non est mentitus Deo, posito quod Deo.*
2. *Cælum non movetur, posito quod terra moveatur. vel Cælum movetur, posito quod terra non moveatur: vel Terra movetur, posito quod Cælum moveatur.*
3. *Israelita par turturum offeret, posito non columbas offerat: vel Israelita columbas offeret, posito quod non par turturum: vel Israelita par turturum non offeret, posito quod columbas: vel Israelita columbas non offeret, posito quod par turturum obtulerit.*
4. *Homo non est animal, posito quod non sit homo.*
5. *Homo non est illic lapis, posito quod non sit canis.*
6. *Petrus non est homo, posito quod non sit animal.*

VIII. *Capulata propositio quoad situm planè est logica. Solùm id hic cave ne cum Ramo è l. 2. dial. c. 16. copulata negantem exponas per disiunctivam; Non enim æquipollent hæ duæ*

Petrus non & edit & bibit. Verum!

Petrus aut edit aut bibit. Falsum.

IX. *In orationibus imperfectis, ut sunt, Trojæ supremum audire laborem & Exod. 12, 11. Est enim transitus Domini. Item Exod. 13, 9. Et erit quasi signum in manu tua, subiectum ex contextu & mediis interpretandi aliis quæ adhuc sequuntur, eliciendum est. Nam agnum Exod. 12. non esse subiectum deductio-*

ductione ad absurdum facile probari potest. Edit Moses causam, ob quam festinandum sit, quia sit transitus Domini, id est, transitus velocissimus, (sicut simili hebraismo alibi cedri altissimæ, cedri Domini appellantur) Finge tu, hoc velle Moseri Agnum esse transitum Domini, nullum eius erit amplius argumentū. Agnus est phase sive transitus. Ergo est festinandum. Quid Agni comestio ad festinationem? Sine dubio itaque subjectum est ipse transitus, & propositio tota hæc est, *Transitus ille de quo hætenus dixi, erat transitus Domini.* Similiter secundus locus nihil iuvat Chirōmantar, quia signum non est subjectum sed prædicatum: alias hic sequeretur sensus absonus. In signum erit in manu tuâ. Quid hoc monstri? Consulantur enim fontes & paraphrases h. e. interpretandi media alia apparebit non absolutè dici signum sed **סִימָנָה** ei **צִמְטוֹר** LXX. subjectum igitur est. Hoc de quo hætenus verba feci, erit tibi in signum id quod unica consona exprimit *B. Lutherus* darumb soll dirß ein Zeichen seyn, id est, eben das davon ich bißher geredet, soll ein Zeichen seyn.

9. 62. II. *Regula generalis altera, itidem de orationibus vulgatis concepta hæc est. In omni prædicatione logica subiectum & prædicatum debent stare pro eodem: atq; illa identitas à logico interprete evidenter est evolvenda.* Regula ut rectè percipiatur, notandum est, quemvis terminum concretum duo complecti, materiale unum & alterum formale e. g. homo est res vel substantia humanitate affecta; substantia materiale est, humanitas formale. Item

Philosophus componitur ex materiali (homine) & formali (Philosophiâ) sensus itaque regulæ est, in omni prædicatione, materiale subjecti & prædicati oportere unum idemque esse, adeoque mutè quasi & tacitè solum materiale in casu recto enunciari, formale verò in casu obliquo e.g. harum propositionum, Album est dulce, item Aristoteles est Philosophus, hic est sensus logicè evolutus, *hoc lac* albedine affectum, est *lac* dulcedine affectum. Item *Aristoteles* est *Aristoteles* Philosophiâ prædicitur. Atque hoc est orationem Grammaticam & vulgarem revocare ad Logicam, perque eam explicare. Ejusmodi autem reductionem analytico esse necessariam, ostenditur I. *ratione*. Nullum oppositum prædicatur de opposito.

Accidens (adjective sumtum) est oppositum substantiæ. E.

Nullum accidens (adjective sumptum) prædicatur de substantiâ.

Quapropter si, cum dico Aristoteles est Philosophus, Philosophus tanquam accidens in casu recto diceretur de Aristotele, accidens utique prædicaretur de substantiâ, id est, oppositum de opposito. Non autem accidens prædicatur, in propositione rectè resoluta, sed idem Aristoteles quatenus Philosophiâ præditus de seipso. *Dices*, fore hâc ratione ut omnes prædicationes logicæ sint identicæ. *Respondeo* minimè id fore, quia I. ante resolutionem Aristoteles, in subjecto ponitur clarè & apertè, in prædicato mutè & implicitè: *diversus* verò significandi modus tollit *ἀνολογίαν* quia

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 115

quia II. post resolutionem omnes intelligunt, non idem esse, esse *Aristotelem* & esse *Aristotelem Philosophia pradtum*. II. periculis non iis solùm quorum magno catalogo facta est mentio §. 5. §. 8. sed novis quibusdam, quorum ictum, hanc regulam non munitus vix exiveris. Quid enim, per frontem te rogo, respondebis ad hæc duo sophismata quasi polytryllita?

Hic Canis est pater

Hic Canis est rursus. Ergo

Tutus est pater.

Item

Essentia divina est pater

Essentia divina est filius. E.

Filius est pater.

Nihil certè respondebis solidi, nisi quod ficulneum non sit. Promptissima vero responsio est per revocationem orationis vulgaris ad logicam quâ facta depræhendes nihil esse toto argumento verius.

Hic canis est canis paternitate affectus

Hic canis est canis à te possessus. Ergo

Quidam canis à te possessus est canis paternitate affectus.

Item

Essentia divina est essentia paternitate affecta

Essentia divina est essentia filiatione affecta E.

Quaedam essentia filiatione affecta, est essentia paternitate determinata.

§. 63. Hæc facem nobis prælucent ad eruendum verum sensum propositionis sacramentalis

H a

H o c

HOC EST CORPUS MEUM; quam difficilem semper fecit huius observationis inadvertentia. Per τὸ **HOC** adversarii communiter contra syntaxin (τῆτο ἀστϙ) intellexerunt panem: hinc, quia viderunt fore, ut disparatum de disparato prædicaretur, nisi aliâ ratione sibi caverent; tropum in prædicato excogitarunt *Calviniani* & per corpus metonymicè intellexerunt signum corporis: *Pontificij* autem in subjecto, panem per ampliationem acceperunt de eo, quod fuit panis. hinc nata est transubstantiatio. sed salva res est! nec trope opus est nec ampliatione, quia, si propositionem logicè exponas, non habiturus es prædicationem disparati de disparato, sed hoc se modo habentem *Hic*, id est, *corpus sub hoc pane contentum est corpus meum*: Sicut ostendendo dolium diceres, *hoc est vinum*, id est, *hoc sub dolio contentum est vinum*. Nam quia **Hoc** est terminus connotativus, cuius materiale est corpus, formale panis, qui à Patribus εἶδϙ, μωρον & species appellatur, (cum omne signum sit forma externa signati) Ideò nemo hominum aliter exponere hanc propositionem potest, quàm corpus ponendo in recto, & panem in obliquo, q. d. *hoc corpus in vel sub pane contentum est corpus meum*. Qua quidem ratione evitatur & transubstantiatio & tropi necessitas. Vidit hoc jam olim Scholasticorum subtilissimus *Scotus*. Sic enim ille in 4. dist. 11. q. 3. si quis dicat, inquit, sicut dixit unus Doctor (intelligit Thomam) quod *Matthæum 26. dicendo, Hoc est corpus meum, expressè insinuat panem non manere, quia tunc propositio esset falsa: Hoc*

non cogit quia dato, quod substantia panis maneret, non demonstratur substantia panis, sed contentum sub pane, sicut modo non demonstrantur accidentia, quia tunc esset propositio falsa, sed est sensus, HOC ENS CONTENTUM SUB ISTO SIGNO SENSIBILI, EST CORPUS MEUM. Quid poterat dici doctius, quid rectius?

§. 64. Hic verò eorum occurrit ineptia, qui quod verba S. Cœnæ exponamus per particulas, in, cum & sub, sine omni sensus permutatione, colligunt in eam nos incidere decipulam quâ capere alios velimus: verba sunt *Cal. in l. 4. institut. cap. 17. s. 20. Si tropum omnem refugiunt, cur à simplici Christi demonstratione transiliunt ad suas locutiones longè diversas? multum enim differunt, panem esse corpus & corpus esse cum pane, Sed quia videbant fieri non posse, ut simplex hac propositio staret, panem esse corpus: per illas loquendi formas quasi per obliquos flexus elaborarunt. Cui consentit Musculus loco de Cœn. Domin. pag. m. 770. Ego sanè centies dicere malo, panis Eucharistia est corpus Domini: quàm semel illud ἀνά γεγονον ἔχει ἀπὸ τῆς τῆ κυρίῃ διόνοιας ἀλλοτριον, Corpus Domini est presens corporaliter sub pane. Horum si vera est sententia, tùm animam aget omnis exponibilium doctrina: expositio τῆς ἰντῆ per διόνοιαν, literæ per literalem sensum erit tropica permutatio, tot Rhetoribus tot seculis inaudita. Non omnis mutatio orationis facit tropū, esset enim aliàs etiam conversio logica tropus: sed mutatio sensus, quâ nova significatio vocis assumitur, & prior perditur: sicut demonstravimus disput. tropologica 1.*

118 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
Magistrorum dicendi est, inquit Anton. Lullius l. 4.
de orat. c. 16, rectum in obliquum, imperativum in
interrogationem, dissolutum in continuatum convertit;
aut sursum versus totam dictionem sic commutare, Ut
NIHIL PRIOR SENTENTIA INDE DETRI-
MENTI PATIATUR.

§. 65. Sequuntur regulæ speciales de conver-
sione orationum vulgarium in logicas. Hæ quia
in superiori idea sunt enucleatæ, idè loca solum
indicabimus; De expositione per descensus actum
est sect. 1. cap. 2. art. 2. §. 25. & seqq. per ampliatio-
nem §. 27. de expositione comparatarum §. 28.
Exclusivarum §. 29. exceptivarum §. 31. limitativa-
rum §. 32. relativarum. p. 224. de expositione per
sensem compositum & divisum p. 157. §. 16. per-
quipollentes p. 255. §. 53. sed plura inferius.

§. 66. Super sunt adhuc Orationes Oratoria
tropica, figurata & affectuosa. De tropicis hæc
esto regula: Omnis vox tropica permutanda est
cum voce propria quam tropicè significat e. g.
Homo est bulla, id est, homo est caducus. Mors est
in ollâ, id est, res mortifera est in olla: Frigus est
pigrum, id est, frigus efficit pigros.

Nullo fata loco possu excludere: cum mors

Venerit in medio Tibure Sardinia est. Martialis

l. 2. epig.

Sardinia est in medio Tibure, id est, locus pesti-
lens est in medio Tibure. Adam nobis est factus
similis, id est, Adam non est factus nobis similis;
excidit è statu suæ integritatis. Hæc hujusmodi
facilia sunt omnibus qui naturam troporum ha-
bent

bent exploratam è Rhetoricis, de quibus mox nonnihil sumus monituri. De Figuratis & affectuosis orationibus nullam regulam addimus, cum à mediocri acuminis homine ista expositio fieri possit quàm facilimè e. g. *Ἡ ἄρ' Προσωποποιία ἐρωτηματικὴ.* Heu! quæ me tellus (inquit) quæ me æquora possunt accipere? hunc habet sensum logicum. Nulla vel tellus vel æquora me recipit. Item illa sacra, optarim anathema esse pro fratribus meis, hunc habet sensum, vel absolutum, Ego opto anathema esse &c. vel modalem, Anathema esse pro fratribus meis meum est votum: sed de his plura in parte propriâ infra.

ARTICULUS IV.

De tertio usu Logicae in conciliandis contradictionibus.

§. 67. Quantopere interpreti remoram obiciat textuum contradictio constitit ex sect. 2. art. 7. Nunc remedia nobis præscribenda sunt illi morbo idonea.

Hoc verò sit generale quasi ἀλεξιφάρμακον. In quo auctore occurrit textuum contradictio supposita tùm sufficienti terminorum ac circumstantiarum notitia, tùm nulla Elenchi ignoratione commissa, In eo est contradictio vera, quam frustra sis si conciliare labores. Contra in quo auctore occurrit textuum contradictio eiusmodi, in qua vel ignoratio elenchi sit commissa, vel non adhibita sufficiens terminorum ac circumstantiarum notitia, in eo est apparens solum contradictio adeoque conciliatione digna. Supponimus in hoc præcepto

110 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 pro duo l. *sufficientem terminorum ac omnium circumstantiarum notitiam*, absque hac fuerit, in ignorantiam nostram potius conjicienda culpa, quam in actoris incogitantiam. *Nunquam audebo* (inquit *Iustinus Martyr*, in dialog. cum Tryph.) *vel hoc in animum inducere vel eloqui; ut dicam adversari sibi invicem Scripturas Sacras. verum si qua Scriptura hujusmodi videatur & obtentum eum, quasi sit adversaria alteri, habeat, omnibus modis persuasum habens nullam Scripturam ab alio diversam esse, ipse me potius, que dicta sunt, non intelligere fatebor.* Beatissimo Patri si consentirent Anti Trinitarii, non committerent loca quæ de Veri Dei Unitate, cum illis quæ de personarum Trinitate loquuntur, sed suam potius infirmitatem agnoscerent & faterentur intelligere se non posse quid stare cum divina essentia possit, quid non? præsertim cum nullus finitus intellectus cogitando penetrare, nedum complecti divinam essentiam queat. Per circumstantiarum notitiam intelligimus reliquorum interpretandi mediorum, sibi catenatim hærentium, ac ultrò citroque utilium, considerationem, E. g. Marcus c. 15, 25. Horam crucifixionis definit *tertiam* quam *sextam* fuisse scribit Johannes, 19, 14. Locus hic est qui doctissimorum semper Virorum ingenia exercuit, maximè verò *Augustini lib. 3. de consensu Evang. c. 13. Hieronym. in Psalm. 27. Baroni & Casauboni exercit. 16. & aliorum* magno numero: ac sine dubio hic locus ex eorum numero, quibus legendi satietatem abstergere Spiritus S. voluit. Quis verò hic quicquam definiat, nisi qui exactè sciat rationem

 *Vide p. 120.*

Omnia praedicta propria Gelof


*Non
nihil
Log*

*Logi
in
sa
m
G*

14
e-
u-
u-
i-
u-
d-
3-
e-
ft
s
t
s
t
t
t
t

H
P
E
R
I
C
A
L
I
C
I
L
I
I

ac distributionem Temporis & horarum apud Hebræos? absque hâc probè cognitâ magna fuerit audacia, non dicam contradictionis accusare, sed iudicium solum præcipitare. Si enim illa dies partitionis in quatuor quadrantes, similis partitioni noctis in quatuor vigilias, vel ex parabolâ Matth. 20. v. 1. & seqq. vel ex Censorino lib. de natali cap. 23. sufficienter demonstrari potest, (de quô tamen vehementer nonnulli dubitant) tùm expedita est conciliationis ratio. Nam horum ex sententiâ apud Hebræos dies 12. horas amplectens divisus fuit in quatuor horas majores quarum quælibet tribus constitit horis minoribus, æqualibus illis nostris ratione (non ordinis, nam quæ nobis matutina sexta, illis fuit prima, teste *Achille Statio obs. c. 9. & Horologio Norimbergensi*, sed) durationis, sicut è subiecto schematismo colligere licet.



Fuerit itaque apud Johannem hora sexta minor, apud Marcum hora tertia major: quæ optimè convenient, si ut dixi, tam certa esset illius distributionis ratio, quàm est expedita. Quod si verò certa non est, suspendenda potius nobis quàm tentanda conciliatio, & difficultas nostræ ignorantie erit tribuenda.

§. 68. Deinde supposuimus in superiori præcepto, *nec commissa sit ignorantia elenchi*, quæ quot mo-

H s dis

112 IDEA BONI INTERPRETIS ET
dis accedere solet, perspicuè tradidimus in supe-
riori idea p. 179. §. 23. & seqq. quò ex loco, quæ ad
rem præsentem faciunt, repetenda sunt. Inde enim
cognoscetur veram contradictionem esse in locis
ex Aristotele supra citatis sect. 2. §. 42.

Anima humana non generatur, sed forinsecus accedit.
l. 2. de gen. an. c. 3.

Anima hominis generatur. l. 2. Phys. cap. 1. §. 33 l. 2. Me-
taph. c. 3. §. 13.

Nam quod terminos attinet, omnes intelligunt
δυσπρόβητος ἐπιπέδον) idem esse, quod cum ante res ali-
qua extitisset, eam more suppositorum tanquam
per januam ingredi, à deoq; animam extitisse ante
hominis productionem: accedit antecedentium
consideratio, in quibus negat animas omnes ante
esse, fatetur autem aliquas videlicet humanas an-
te existere. Est igitur propositionis Aristotelicæ
hic sensus; *Anima humana ante suam materiam seu
corpus existit.* Nihilominus homo generatur ab ho-
mine, secundum formam an materiam? non hanc
certè, cum hæc ipso Aristotele docente sit ingene-
rabilis. Ergò secundum illam. Anima itaque est
quæ generatione producitur, at quæ forma gene-
ratione producitur ea semper simul est cum mate-
riâ, nunquam ante l. 12. Metaph. c. 3. §. 16. Duplex
igitur Aristotelis ex contradictio

Anima humana non generatur

Anima humana generatur.

Item

Anima humana ante corpus existit producta.

Anima humana non existit ante corpus producta.

Vera

Vera hæc est contradictio, quia posita sufficienti terminorum & circumstantiarum antecedentium intellectu, nullius ignorationis Elenchicæ poscâ possumus. Dices mutari terminos, quia Aristoteles non asserat animam humanam generari, sed hominem. Respondeo qui hoc posterius asserit, prius quoque bonâ consequentiâ inde fluens asserere cogitur; Non enim huic universali (Nullus homo est doctus) per hanc solam immediatâ contradicitur, (Quidam homo est doctus) sed etiam per hujus conversam bonâ consequentiâ promanantem, (Quoddam doctum est homo) Non hic effugiunt qui terminum generationis solam unionem esse perhibent. Nam hi si rem acu tangunt, sequetur, Nullum patrem esse naturalem sui filii causam, sed moralem solum applicantem naturalia activa passivis Unientem, req; ipsâ nihil producentem, confer Colleg. Psychol. disput. 6. Hæc idem prolixè attulimus, ut commonefiat interpretes ne superstitiosis se cruciet conciliationibus sed homini illic nato ubi errari solet, tribuat aliquando errorem, *Quæritur?* quæ tenenda Interpreti sententia sit, cum sibi met auctor contradicit. Resp. verosimile est, eam partem contradictionis, quæ posterius scripta fuit, esse mentem auctoris non priorem, cum posteriores cogitationes sint *συνώτεροι*. Hinc notitia ordinis librorum necessaria est. Hinc novellæ derogant, Juri veteri & concilia priora à posterioribus emendantur, assertore August. l. 2, de baptis. contra Donatist. cap. 3:

§. 68. Ex ignorationis itidem Elenchicæ do.

Quia

124. IDEA BONI INTERPRETIS ET
Aristinâ §. proximo allegatâ liquet contradic-
tionem nullam subesse, tùm in locis Aristotelicis, tùm
Biblicis supra in medium adductis §. 42. quia vio-
lantur bonæ oppositionis leges. Nam cum I. Ari-
stoteles scribit naturam omnia prava facere, lo-
quitur de naturâ generante, quæ suum opus ordi-
tur ab imperfectioribus: cum idem asserit, natu-
ram semper facere quod optimum est, intelligit
naturam intendentem. Non igitur est oppositio
Est autem non autem. Idem Aristoteles cum denegat apibus
soni perceptionem, intelligit sonum de articula-
tum qua de articulatus est, cum alibi tribuit audi-
tum iisdem, loquitur de sono simpliciter. Simili-
ter quadruplex illa contradictio in genealogiâ
Christi apparens solùm est, sicut tùm plures alii,
tùm doctissimè Dn. D. Calixtus in Harmon. Evan-
gel. p. 20. & seqq. demonstravit, quorsum lecto-
rem deducimus, ne aliena cum pulvisculo aufera-
mus in nostrum agrum, Quicumque suppositâ ce-
terorum exponendi mediolorum consideratione
accuratâ intelliget quot modis contradictio vera
contingat, quot apparens, ei nulla tam difficilis
occurreret oppositio ex quâ se non sit extricaturus
facillimè. Confer ideæ superioris paginam 179. &
seqq. sæpe hætenus à nobis allegatas: Nolumus
nos idem sæpe repetere.

ARTICULUS V.

*De Vsu Rhetoricæ ad interpretatio-
nem necessario.*

§. 69. *Ufus Rhetoricæ in interpretatione bo-
rorum*

nerum auctorum duplex est I. *generalis* consistens tùm in agnitione tropicæ locutionis ac discretione eiusdem à propriâ, de quo usu articulo 2. prolixè egimus: tùm in indicatione tropi, ad quam ille classem pertineat? secus reductio ad sensum logicum difficilis nimium fuerit. II. *specialis* consistit in explicatione orationum oratoriarum speciali e.g. in expositione ænigmatum, proverbiorum, parabolarum &c. De hoc speciali usu, eoq; præcipuo quia tractaturi sumus infra in parte propriâ: idè in solo generali nunc acquiescemus. Is verò est vel *discretivus*, de quo art. 2. vel *indicativus* loci è quo tropus est de promptus. Dux hîc observandæ cautelæ sunt I. *ne ei voci tropum tribuas in interpretatione, quæ tropi non est capax.* II. *ne falsam tropo classem assignes*: utrovis enim modo calumniæ te reddes affinem. Priorem errorem errant & Calviniani, & è Pontificiis Philippus Dutrieu tract. 1. log. p. 1. cap. 2. artic. 1. qui copulam *est*, tropi incapacem modificant. Ille solùm terminus est capax tropi qui est I. mutabilis de significatione in significationem II. qui est resolubilis ad aliquem locum topicum.

Tò Est copula, *ne est* I. *mutabilis de significatione &c.*
Ergò.

Non est capax tropi.

Majoris primum membrum probatur ex definitione ac naturâ tropi: alterum membrum ex inductione omnium, quotquot à nato tropo vixerunt, Rhetorum, qui nusquam unquam tropum commenti sunt nisi in loco vel similium vel causarum

116 **IDEA BONI INTERPRÉTIS ET**
 farum &c. *Minoris* primum membrum probatur,
 ex absurdo quia copula *est* amittat suam signifi-
 cationem ac induat aliam, tùm ipsam quoq; pro-
 positionem destruet, ne amplius sit propositio e.g.
 si in hâc; Hoc est corpus meum. **EST**, mutat signi-
 ficationem (Uniendi & copulandi) sequetur non
 amplius coherere, hoc & corpus, non amplius
 manere propositionem, quod difficulter persua-
 feris vel aduersarum partium patrono *Minoris* al-
 terum membrum probatur, quia si aliquis locus
 esset ad quem copula *est* referri posset, is esset lo-
 cus similitum seu identitatis. Quod verò huc re-
 ferri non possit probatur hoc argumento.

*Nullum significatum ingreditur essentiam suae signifi-
 cationis, sicut nec definitum in essentiam definitionis.*

Sed τὸ est ingreditur essentiam suae significationis. e.g.

EST, id est, idem per se. Ergò

Esse idem non est significatio τὸ est.

significat quidem copula **EST** identitatem sed I,
extra se, in prædicato II. *irresolubiler*: Fac enim
 resolvatur ista, homo est animal sensus erit, homo
 est idem cum animali. Sed hæc denuò resolvatur,
 hoc modo, homo est idem cum eo quod est idem
 cum animali. Atque sic ædificabitur progressus
 in infinitum. Paucis τὸ **EST** significat identita-
 tem manifestativè potius quam suppositivè, ut
 Scholastici loquuntur. Confet vindicias nostras
 in disput. tropologicâ primâ.

§. 70. Posteriori modo impingunt, qui suo in
 loco tropum aliquem non reponunt ex ignoran-
 tiâ tropologiæ Rhetoricæ, Trifariam hâc peccant

Calvi-

Calviniani synecdocharum studiosissimi. I. cum Deus dicitur passus, hoc illi intelligunt de alterâ Christi natura videlicet humanâ, & addunt hanc allœosin esse usitatam synecdochen. II. cum auctor Actorum Apostolorum c. 2. v. 31. dicit: *Non derelicta est anima eius in inferno.* Beza eâdem synecdoche fretus, animam exponit per cadaver, infernum per sepulchrum. III. cum in controversiâ de animæ origine allegatur *Genes. 26. cunctæ animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob &c.* per animam nonnulli corpus intelligunt & accumulanti ad ejusmodi synecdochen probandam exemplâ pluralia, vide sis *Drusium l. 11. observ. c. 8.* Omnia contra leges & usum Rhetoricæ, ut probat *Bellarmin. l. 4. de Christi anim. cap. 12.* Nos ἀπορίμωσ negamus tropum aliquem synecdoches dari, qui partem pro parte ponat, usi ipso loquendi Magistro, usu. Allegent enim probatum aliquem auctorem qui partem pro parte ponat synecdochicè & vincant. *Drusius loc. cit. adâucis Psal. 102. 6. Job. 18, 13.* Alii è profanis *Homerum* citant, qui anima appellat χάλυκτα, quam vocem interpretes synecdochen ostensuri, reddunt *ferrea*, approbante *Cælio Rhodig. l. 10. cap. 50.* Resp. I. quæ suada persuadebit in *Pl. 102. 6.* poni carnem pro cute, quasi absurdum sit, os adhærere ipsi carni? & quasi non immediatius ossa hæreant carni quam cuti? II. quid vice versa cogit in loco *Jobi* cutim exponere de carne, quasi non ipsa etiam cutis difformari possit? quod III. *Homerum* attinet est ibi quidem synecdoche, sed non partis pro parte, verum partis pro toto. Quia enim

128 IDEA BONI INTERPRETIS ET
enim æs metallorum fuit antiquissimum, ut con-
starex illo Hesiodi.

Χαλκῷ δ' ἐσφάζονται : μέλας δ' ἔκ ἐσκέσιδης.

Ideo generaliter omnia metalla nomen ætis obti-
nuerunt: perinde ut pyxides vocamus etiam ex
auro confectas, quia primæ pyxides, factæ fuerunt
ex buxó. Sicut & Scottatio generali appellatione
ἀμαρτία dicitur Luc. 7, 37. ut ad illum locum anno-
tat *Casaubonus*. Hic positis allæosis illa synecdo-
chica tot concertationibus nobilitata evanescit:
frustranea est *Boze glossa* in locum Actorum 2. v. 31.
Denique absurdissima est Expositio Gen. 46. v. 26.
animæ per corpus. Nam quo tempore corpus
σπέρματικόν egressum est de femore Jacob, eo tem-
pore nondum fuit animatum (ex eorum senten-
tiâ qui traductionem negant) Hoc si animatum
non fuit, non magis pars hominis fuit, quàm ho-
mine mortuo cadaver. Quæ igitur ineptia est,
comminisci synecdochen partis pro parte, cum ta-
men ista relatio partis ad partem nondum inven-
rit locum?

ARTICULUS VI.

*De Vsu Grammatico in textuum inter-
pretatione.*

§. 71. Quatuor Grammaticæ vulgò partes re-
eententur, quarum omnium usus est in bonâ in-
terpretatione maximus. I. *Orthographia* primùm,
quia sæpe sola scriptio & literaturam nodum solvit.
e. g. Matth. 19, 24. facilius, inquit Christus, est Ca-
melum per foramen acus transire, quàm divitem
introi-

introire in regnum cœlorum: cuius rei exempla extant apud Euseb. lib. 6. hist. Eccles. cap. 34. Hoc in loco Camelum nōnulli exponunt de fune nauticâ quâ utuntur nautæ ad projiciendas anchoras, ut è Græcis aliqui teste & *Theophylacto in Comm. h. l. & Eythimio* ibid. non abludente *Harmonia Calvinii*. Alii plerique intellexerunt de propriè dicto animali gibbofo. quod *Syrus metaphrastus* voce minime æquivocâ reddidit לָמַי. Sed si proba est observatio *Suide & Aristophanis Scholiastæ* omnem difficultatem tollit orthographia, quæ cum Κάμηλον per η scribit ζῶον ἀχθοφόρον: cum per ι funem intelligit. II. *Etymologia*, cuius est in vocum significationem, seu definitionem nominalem inquirere, non certè ex *derivatione* vocum, sed ex *usu*, penes quem vis est & norma loquendi. Si enim e.g. derivationem respicias *Potiphar* Gen. 37. v. 36. fuit Eunuchus ut statuit *Marinus* in *arca Noë*, est enim מִדִּי אֶל מִדִּי avellere, id quod esset contra historiam, quæ testatur *Potipharem* habuisse uxorem. Si usum vocis spectes significat Regis ministrum 2. Reg. 8, 6. Jer. 34, 19. c. 42, 16. similiter si derivatio significationem facere posset, fuisset *Moses* revera uti pingitur cornutus. Exod. 34, 29. quia קַרְנֵי quod significat radios emittere, deducere à קַרְנֵי cornu, quam ad rem profunt *Lexica*, quibus hoc seculum utitur instructissima cujusmodi sunt in *Hebraicis Schindleri pentaglotton*. in *Græcis Roberti Stephani* vel *Budæi*. in *Latinis Calepini*: maximè verò *Martinij Lexicon philologicum*, quo vix aliud visum est eruditius. Habent & JCTI suum *Lexicon*

130 IDEA BONI INTERPRETIS ET
Iuridicum. Eiusdem etymologiæ est idiotimos lin-
 guarum exponere, quorum in omnibus linguis
 depræhendas plurimos: cuiusmodi sunt apud He-
 bræos *animam in manu gerere*, i. e. in perpetuo vitz
 versari discrimine Ps. 119, 109. Jud. 12, 3. 1. Sam. 19, 15.
 Job. 13, 14. Item *revertetur & ædificabitur*, id est, ite-
 rum ædificabitur, ut annotat Joseph. Scalig. lib. 6.
de emend. temp. ad Dan. 9. cuiusmodi apud Græcos
 sunt λαλεῖν γλώσση i. e. peregrina lingua uti: γὰρ οὗτος
 δαδάτω. Eius etymologiæ est discernere partes ora-
 tionis, & eiusdem orationis partium varias signi-
 ficationes e. g. si Gen. 14, 18. ׀ַןַןַן habet sensum parti-
 cipialem, evincetur typus sacrificii missatici: hic
 enim erit sensus, quod Melchisedech fuerit sacri-
 ficans (actu secundo, denotant enim participia
 actus suorum verborum) Deo altissimo: si verò ut
 exponit Paulus Hebr. 7, 1. habet sensum nomina-
 lem; sequetur Melchisedechum fuisse quidem Sa-
 cerdotem, sed tùm temporis actu non fecisse sacra.
 Rursus si τεπαγμένοι Act. 13, 48. transitivè accipitur,
 tantillum obtinebit Beza in istum locum. Si in-
 transitivè nihil. Sensus enim non is erit, quod ii
 solùm crediderint, qui absolutè fuerunt ad cre-
 dendum destinati, sed quod ii crediderint, qui se-
 ipsos divino ordini subiecerunt, die sich haben ge-
 schickt darzu gemacht. Plura allegare exempla non
 lubet, cum occurrant quotidie.

§. 72. III. *Syntaxeos*, Adduci hîc quoque infi-
 nita possent exempla, sed afferemus solùm unum
 difficilimum i. Timoth. 4. v. 3. legimus doctrinam
 dæmoniorum fore ἢ κωλύοντων γαμῖν, ἀπέχεσθαι
 βρωμάτων

βρωμάτων. Ubi constructio non alia apparet, nisi
ἴσα, κωλύοντων ἀπέχεσθαι, id est, prohibentium ab-
 stinere à cibis, id est, iubentium omnes cibos ede-
 re indifferenter: Quæ constructio si admittitur, se-
 quitur non eos dæmoniorum doctrinam profite-
 ri, qui certis cibis interdicunt, sed qui omnes
 promiscuè concedunt, contra i. scopum D. Apo-
 stoli, cuius ratio concludendi est, quia Deus cibos
 creavit ad usum ac esum. Fæ hunc esse sensum
 Pauli quod constructio propinat, hoc erit argu-
 mentum.

Q. Cibus à Deo creatus est u est prohibendus

Omnis cibus promiscue a Deo creatus est. Ergo

*Omnis cibus est prohibendus, & qui iubet omnes edere,
 u doctrinam Demoniorum docet.*

Qua quidem ratione Apostolus cibos omnes
 eorumque usum sustolleret. Contra 2. *historiam*
 Quæ enim fuit doctrina dæmoniorum? illa scili-
 cet quæ Alpin, Isidem & magnam matrem cer-
 torum eduliorum exceptione coli volebat, ut au-
 ctor est *Tertull. adv. Physicos*: quâ initiandi ad my-
 steria Ethnica interrogati fuerunt, an legitimum
 cibum comederint, & ab legitimo abstinerint?
 teste *Libanio in Corinthiorum aëtionè*. Ex quo sequi-
 tur non eos, qui prohibent abstinere, sed qui ju-
 bent abstinere à certis cibis doctrinam Ethnicam
 & Diabolicam profiteri. Quapropter alia nobis
 construendi ratio est excogitanda: nimirum sup-
 plendum illud verbum contrariæ significatio-
 nis quod usitata ellipsis omiserat, cum *Erasmo*,
 & construendum *κωλύοντων ἀπέχεσθαι*. Dixi

hanc esse usitatam ellipsin. *ἄτον καὶ οἶνον ἔδοντες*
 Homer. *γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ ἕβρωμα.* 1. Cor. 3, 2.
 postquam audivistis vocē de medio tenebrarum,
 & (subintellige vidistis) montem ardere. Deut. 5.
 v. 23. Die Augen des HErrn sehen auff die Gerechten
 vnd seine Ohren, (scilicet mercken oder hören) auff
 ihr schreien. Psal. 34. 16. Tamen si illa quoque admit-
 ti explicatio possit quam Oecumenius invenit. Is
 atticum quoddam loquendi genus agnoscit in
 phrasi *καλυόντων ἀπέχεσθαι*, sicut cum dicitur, prohi-
 buit eum à non faciendo inconvenientiam, sensus
 non est, quod ad inconvenientiam factam ipsum
 fuerit adhortatus. Item quando dicitur, avertit
 eum à non lacessendo amicos, non à lacessendo
 amicos, sed contra. Et prohibuit à non furando,
 id est, prohibuit ne furetur. Denique *profodia*, quo-
 ties enim vel sola *profodia* aperit sensum? e. g.
 Cum Nero apud Sueton. cap. 33. Claudio hoc epi-
 grammate ultimum dicit vale

Nobiscum tandem morari desit ipse,

id est, μωροῖσι τὸν Νάρρον.

Non hoc dixit, quid tu amici sepulchro inscriberes

Nobiscum tandem cum desit ipse morari.

Scansio poetica sensum promptissimè largitur. Li-
 quet ex dictis cothurnum aptare caloni, qui in-
 terpretandi officium committunt homini non
 solùm linguæ non perito, sed ne Grammaticis qui-
 dem fundamentis, quæ pedibus hodie tractantur
 (sunt enim fundamenta) probe instructo, Utinam
 nos voti nostri damnaret juvenus & mallet ὄψο
μαθῆς εἶν ἢ ἀμαθῆς.

ARTICULUS VII.

*De secundo Interpretandi medio, γνωρισμῶ
ὄρων cognitione terminorum.*

S. 73. Primum interpretandi seu medium seu remedium hætenus fuit artium instrumentalium præcognitio, sequitur medium alterum quod Aristoteles vocat γνωρισμὸν ὄρων. l. i. post anal. cap. 8. Scholastici penetrationem terminorum. Hoc medium summè necessarium esse demonstratur l. ratione:

Omnis cognitio signi est ad signatum cognoscendum necessaria.

Vocum ac terminorum cognitio est cognitio signi. E.

Vocum ac terminorum cognitio ad signatum (sensum) cognoscendum est necessaria.

II. *Auctoritate S. Scripturae.* Itaque, inquit Apostolus I. Cor. 14, 11, si nescierō vim vocis, ero ei, qui loquitur barbarus: & qui loquitur apud me barbarus. Hinc nova exurgit ratio,

Nullus auctor exponendus, debet Interpreti esse barbarus ac peregrinus

Auctor cuius verborum vim nescias est Interpreti barbarus E.

Auctor cuius verborum vim nescias non est auctor exponendus, vel tibi exponibilis. Frustra igitur oleum perdidisti.

Confer I. Tim. 1, 7, ubi nota falsorum doctorum hæc esse perhibetur, quod non intelligant de quâ re vel ipsi vel lex exponenda loquatur? III. *Auctoritate Basilij* qui in l. de Sp. S. cap. 1. Interpreti

134 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 præcipit τὸ ἐκάστη λήξει καὶ συλλαβῆν ὡς κεκρυμμένον
 ἐπιχειρῶσα. Non scilicet perfunctoriè aut dicis gra-
 tià legendum esse auctorem, sed sollicitè ejus sen-
 sus vocibus vestitos indagandos. Et *Aristotelis* qui
 loco supra cit. cognitionem terminorum in præ-
 cognitio omnium scientiarum numerat IV. è peri-
 culo quod verâ Grammaticâ amissâ imminet, con-
 fer Justas B. nostri *Chemnitzij* lamentationes ob a-
 missam superioribus seculis (quibus in barbarismi
 cataclysmo mundus nataverat) veram Grammati-
 cam, id est, cognitionem terminorum in loco de
 justific. ab initio.

§ 74. Est verò cognitio terminorum duplex
 I. *Etymologica & nominalis*. II. *Definitiva* quâ rei
 per vocem significatæ essentia explicatur. Prior
 est Grammatici fori & lexicis contenta, de que ea
 actum est articulo priori. Posterior hujus est loci.
 Cujus verò in specie scientiæ sit terminorum de-
 finitivæ rationes exponere? non nihil difficulta-
 tis habet. Sit nostra conclusio. I. *Terminos artis*
eos qui sunt notionis secunda, ut sunt genus, species, de-
finitivè explicare, logici est: eos verò qui sunt notionis pri-
ma, ut sunt causa, instrumentum, substantia, accidens,
absolutum respectivum &c est juris metaphysici. Uttram-
 que conclusionem vindicavit à Ramæorum con-
 fusionem summus Philosophus *Cornel. Martini in*
Commentar. advers. Ramum. Nihil illi addimus nisi
 disciplinarum harum quarum hîc opera sub-
 sidiaria est, commendationem, licet illæ hodie
 quàm vermes calcantur vilius. Sine dubio certum
 est eum accuratissimè, brevissimè, maximeq; per-
 spicua

spicua docere, qui ejusmodi terminis artis quæ docere vult, exponit: quod aded verum est, ut etiam superstitionissimi Rabini coacti fuerint, ad majorem commoditatem in disputando terminos artis excogitare, quod viderent, nimis prolixis ac ineptis circumlocutionibus sibi utendum esse, nisi hanc hujusmodi viam ac rationem inirent. Ided & B. Chemnitius loc. de Justific. p. m. 294. *Libenter, inquit, utor dialecticorum appellationibus de fundamento, termino & relatione: hanc enim rationem judicio commodissimam esse, quâ declaratur & intelligi possit vera & genuina significatio vocabuli imputationis in articulo justificationis.* Et Flacius, *Articulus*, scribit part. 2. 27. *Justificationis sine causarum distinctione illustri & purus defendi ac obtineri non potest. Nos, Papista & Osiander dicimus per Christi justitiam nos salvari: videtur igitur imperitis consentire. Sed justitiam Christi Osiander intelligit ut instrumentalem, seu pretium quo sumus redempti: non ipsam formam justificationis, Papista dicit esse causam efficientem &c. Nec obstat I. prohibitio $\kappa\alpha\iota\nu\omicron\phi\omega\nu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ 2. Tim. 2, 16. II. $\kappa\upsilon\lambda\pi\alpha\ \mu\epsilon\tau\alpha\ \lambda\acute{\alpha}\sigma\epsilon\omega\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\gamma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$. Nam I. vel $\kappa\alpha\iota\nu\omicron\phi\omega\nu\acute{\iota}\alpha$ legendum est vel $\kappa\alpha\iota\nu\omicron\phi\omega\nu\acute{\iota}\alpha$. Si illud nihil id ad nostros terminos: si hoc, pertinet illud ad partis adversæ patronos refellendos, qui audaci quadam $\delta\nu\omicron\mu\alpha\lambda\omicron\pi\omicron\sigma\iota\alpha\varsigma$ licentiâ termino veteri in hoc sensu tot seculis inusitato imponunt novam significationem, e. g. fingunt normam Partialem ut Bellarminus cuiusmodi mensuram jam olim rejecit Aristot. I. 10. Metaph. c. 1. substantiam id esse dicunt quod naturale alicui est,*

156 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 ut Flacius; exempla alia, quæ odiosa sunt; præter-
 eo. Quasi sapienti datum sit novis veterum ter-
 minorum impositionibus absque populi suffra-
 gio crucem figere suis lectoribus; quasi non ita
 consentiendum sit omnibus doctis in communi
 terminorum acceptione (quos logicus vel me-
 taphysicus exponit non è suo cerebro, sed ex con-
 sensu omnium quotquot à natâ quasi sapientiâ
 hucusque vixerunt, sapientum) sicut mercatores
 omnes in precio numerorum cōveniunt. Secus non
 magis juvabitur eruditio, quam ædificari potuit
 turris Babelica II. *Culpa μεταβάσεως* si tribui illis
 potest, qui hisce terminis omnia perspicuè do-
 cent, tum Aristoteles etiam eiusdem peccati po-
 terit posci, qui rem Ethicam descripturus, usus est
 terminis proportionis Geometricæ & Arithme-
 ticæ. Nugæ! Apparet ex dictis triplicem vulgò
 committi errorem. Unum ab iis qui eiusmodi me-
 taphysicos terminos prorsus damnant, 2. alteram
 ab iis qui admitterent, modo deleteres hoc epithe-
 ton, Metaphysicum: quod tamen hucusque per-
 fectionis productum, spiritum quasi & animam
 Augustino debet. 3. Tertium, eorum, qui admit-
 tunt terminum, sed novis eum sensibus ac imposi-
 tionibus obscurant. Absurdi omnes, sicut consti-
 tit ex dictis.

§. 75. *Concl. II. Termini reales ex communi bo-
 norum auctorum usu, & ex illa disciplina exponi debent
 in qua sunt quasi domi, exem. gr. termini legales ex
 Philosophiâ practicâ: termini metaphysici, ut Ens,
 bonum, verum &c. ex metaphysica, ut varia be-
 stia.*

stiarum, Planetarum &c. nomina ex Physica: termini Historici, Geographici, Geometrici ex suis quibusvis disciplinis. Confirmatur hæc conclusio 1. ratione

Ex eo principio cognosci aliquid debet, ex quo fuit compositum & natum.

Ex usu hominum & impositione omnes voces natae sunt, ut testatur

Aristoteles l. 1. *de Interpretatione*. c. 1. Ergo.

Ex eodem usu cognosci illa & explicari omnes debent.

2. *Auctoritate Platonis* in Dialogo Jo. quaerit Socrates, quis melius sit expositurus versum Homeri de re vectoria loquentem, Rapsodus an auriga? Respondet Io Auriga profectò melius exposuerit. Quò significat divinus Plato neminem terminum aliquem rectius definiturum esse, nisi qui eius naturam ex professo doceat. In specie *tertiò* terminos Biblicos ex usu hominum & Classicis auctoribus sine vitio explicari & posse & debere, & auctoritate I. Augustini l. 1. de Trin. c. 12. *Nulla, agentis, locutionis genere utitur sacra scriptura, quod in consuetudine hominum non inveniatur, quia utiq; hominibus loquitur, sed etiam his argumentis confirmatur.*

1. *Talis est verborum sensus, qualis ab intellectu humano percipi potest.*

Sed omnis intellectus humanus verba, eo modo intelligit quo eorum sensus in usu & communi consuetudine obtinuit &c.

Major probatur, quia quæ in Scripturis S. consignata sunt, ad hominum captum scripta sunt.

Hinc cum Esaias vellet obscurius non nihil &

138 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 sublimius loqui, correctus fuit à Sp.S. & jussus fuit
 scribere *stylo hominis* Esa. 8, 1. id est, qui ab homine
 posset intelligi. *Omninò ita agit cum homine Deus,*
verba sunt Flacii p. 6. tract. 1. non ut cum angelo sed
ut cum corporeâ creatura. Et Servator noster num
 parabolico docendi genere fuisse usus, si non illud
 invenisset in Palæstinâ usitatum, aded nihil inno-
 vare voluit. Minor liquet, quia ut nemini licet no-
 vam monetam cudere, sed ea uti quæ communiter
 obtinet: ita certè nemo est qui vocem aliter intel-
 ligat quam communiter est recepta.

II. Quicumque eo modo loquitur, non quo
 homines loqui solent, sed alio quodam abstra-
 siori modò, is non crucem solùm figit suo auditori,
 sed studio sophistam agit.

Spiritus S. (per adversarios) eo modo loquitur &c. E.
 Major probatur. Quæ enim esse potest horribilior
 fallacia quàm si per Solem Scriptura S. aliud intel-
 ligat, quàm astrum illud quod nos Solem appella-
 mus: si aliud sit terra nostra & terra Theologica.
 Et quæ nostræ fidei supererit certitudo.

§. 76. Hæc hæctenus allata potissimùm *Beca-*
num feriunt, qui (in Chemnitium quando inveni-
 tur, verum sensum horum terminotum, Justifica-
 tionis, fidei, gratiæ &c. ex profanorum auctorum
 usu illustrantem) in hæc verba erumpit. *Quid sen-*
tiant profani auctores de vocibus (justificare &c.) non
magnopere refert. Mâxim ego ex sanctis patribus, quam
ex Plauto vel Terentio discere sensum & interpretatio-
nem scripturarum: Hoc notent nostri Novatores, ait ipse
Interpretator maximus tract. de justific. cap. 2. quest. 5.

NUM.

num. 9. Caterùm aut pater accipit vocem aliquam in eo sensu, quò frequentata fuit, tùm, cum à *Θεο-πυλῶ* aliquo scriptore fuit scripta: aut sensu aliquo peregrino & inusitato. *Si prius.* Ergò eo modo accepit vocem græcam, quò eam vel Thucydes vel Polybius, vel alius aliquis classicus auctor à Chemnitio citatus usurpavit: quòd si verum est, non debet Becanus sensum profani auctoris sensui patris opponere. Quantò nos rectius agimus qui ex ipso fonte levamus sitim, & unde ipse pater didicit intelligere linguam, eodem præceptore nos utamur. *Si posterius,* Patri *ἰδία ὀπλίωσι* utenti nemo debet subscribere, subscriberet enim morbo alicui & errori justæ interpretationi opposito. Quid enim est *ἰδία ὀπλίωσι* nisi vocis contra & præter omnem usum ex propria voluntatis libertate interpretatio? Hactenus disciplina ex quâ termini sunt explicandi, ex qua summam hoc habemus, nihil sapienti licere id tibi sumere, quod nec Spiritus S. sibi sumit, excogitare, e. g. novam significationem vocis justificare, quæ nullum habeat apud profanos auctores & in communi loquendi usu exemplum: Item *λατρεῖαν* & *δουλείαν* inter se distinguere, quò in Pontificiorum libris distincta esse legimus sine auctoritate, sine usu & exemplis. Quibus tamen in absurditatibus tota ipsorum religio fundatur,

§. 77. Ipsa terminorum expositio duplex est I. *Materialis* quem vox habet in casu restricto ad materiam, qualem ipsa subiecta materia admittit. II. *Formalis* quem vox habet in statu absoluto, quem

quem per se habet, & quæ est eius definitiva ratio abstracta ab omnibus materialibus e. g. generatio in Physicis appellatur & ea in quâ idem specie, ut equus equum, Caniscanem: & eâ, quâ (generatione æquivocâ) idem genere gignit idem genere, ut cum sol è putri viscere tauri florilegas excludit apes: In Theologicis autem ea quoque generatio dicitur, quâ Deus pater idem numero gignit filium eundem numero. Triplex igitur vocis generare est sensus materialis, quorum ratio Univoca generalis, in quâ omnes hi tres sensus in genere conveniunt, dicitur sensus formalis, &c. e. g. communicatio essentiæ productiva, hanc enim generalem definitionem & generatio Univoca & Æquivoca & divina agnoscit. Quando igitur quæritur, absolute quid sit significet generatio? non respondendum est, quod sit communicatio essentiæ eiusdem numero: sicut cum quæritur quid est animal? nemo respondere debet, est corpus rationale, hoc enim non esset definire sed sophisticari. Similiter quæ est significatio Fidei formalis & definitiva? non alia nisi quæ præcisa est ab omnibus fidei acceptionibus nimirum firmitudo in cognitione rei da man sich auff erwas / daß man weiß oder gehört hat / verlasset. Unde Hebr. 11, 1. dicitur *ἠπίσταντες* quæ in luctâ cum dubitationibus *ὑποστάς* subsistens nihil de suâ sententiâ cedit, nec *διστασάντες* Matth. 28, 27. id est, *δύο σάοις ἐν διαβολία* sustinet, quia verò objectum istius certitudinis varium esse potest, idè etiam plurimi sensus materiales à Theologis fuerunt observati ac inter se accuratè distincti. Vel enim

enim certitudo nostra nititur viri boni promissione, juramento, obligatione, & tùm ea *fides* dicitur *politica*, qui Ethicis appellatur candor, integritas, veracitas. Vel 2. sustentatur cognitionis infallibilitate, eaque vel divinâ ex revelatione vel humanâ ex consequentiâ necessitate ortâ, & tùm vocatur *fides historica*, cujusmodi fides intelligitur ab Apostolo Paulo Rom. 14. v. ult. Quicquid ex fide non est peccatum est, id est, quicquid fit ex conscientia dubiâ vel incertâ, id peccatum est, semper igitur vincenda fuerit conscientia dubia bonis argumentis. Vel 3. pro objecto habet omnipotentiam Dei, quâ quis firmiter credit posse Deum per aliquem efficere miraculum & etiam effecturum esse si ad divinam id pertineat gloriam, cujusmodi fides defuit Petro in aquâ ambulaturo *miraculosa*. Vel 4. pro objecto habet aliquam justitiam, quâ quis confidit se stare posse coram tribunali Christi & hæc dicitur *fides salvifica*. Vel 5. aliis adhuc modis multiplicari Fidei acceptio potest: secundum enim materiam cum instituitur distinctio, vix finem inveneris distinctionum. Hi omnes sunt sensus fidei materiales. Fidei formaliter sumptæ opposita vitia sunt, unum in excessu, audax confidentia, cum quis in eâ se nititur quæ in tranquillo & firmo ponere conscientiam nequit, ut cum quis nititur in suo robore & ingenio in re efficiendâ cui ipse non sufficiat: item cum quis nititur in propria sua justitia & ea statuit se stare posse coram Deo, quæ tamen ad oculos Dei collata nulla est & menstrua. In defectu diffidentia

142 IDEA BONI INTERPRETIS ET
ac desperatio, cum qua in re tutò niti posses, in ea
vacillas.

§. 78. Diximus autem sensum materiale in-
notescere ex subjecta materia e. g. I. *ex antecedentibus & consequentibus*. Fac enim I. *Iustificationis* vo-
cem duos agnoscere sensus materiales, unum phy-
sicum, qui denotat justitiæ infusionem, quæ homi-
ni in fit, & à qua formaliter fit ac denominetur ve-
rè ac intrinsecè justus, sicut paries ab albedine for-
maliter dicitur albus. Alterum juridicum qui no-
tet ἡ κολάζειν punire, einen justifiziren / verdammen/
ἡ δίκη νομίζειν, id est, absolvere, pro justo habere,
ut distinguit Suidas ἔ, Nihilominus subjecta mate-
ria sufficienter declarabit non nisi actum juridi-
cum & absolutorium in articulo justificationis in-
telligi, quia ubiq; describitur eo modo quo actus
juridici describi consueverunt, mentione judicis
debitum exigentis, accusatoris, rei, chirographi,
λύτρον Fidejussoris, pœnæ &c. Ita duplex est ac-
ceptio materialis vocis Hebrææ שבעתי septu-
plum & septies, quam enim vocem Interpretes
Prov. 6. 13. reddiderunt septuplum, eam per septies
exposuit B. Lutherus Esa. 30. 26. Ratio tamen con-
textus evincit Prov. 6. rectius exponi per septies
quam per septulum, & frustra inde colligi pœnæ
furti augmentum septulum. Nam

*Ea intelligitur furti redditio qua distinguitur à tra-
ditione totius substantia domus sue.*

*Sed septupla redditio non distinguitur semper à tradi-
tione totius substantia domus sue. Ergò*

Septupla illic redditio non intelligitur.

Major

Major est in contextu. Minor probatur, Fingamus enim aliquem hominem possidere in re numaria mille florenos, habeat insuper adhuc ædes mille florenos contra æstimatas. Furetur is bis quingentos florenos, hos reddat septuplum, id est ter mille quingentos. Ecce illa redditio non distinguetur à substantiâ domus, sed hanc etiam exhaustet & absumet. Sed maneamus in eodem libro Proverb. 24, 16. Septies in die cadit justus. Casus materialiter vel casum fortunæ & calamitatem notat, vel casum in vitium moralem. De hoc quod locus accipi non debeat, docet oppositio, impii autem corruent in malum. Non opponeret pium impio si intelligeretur casus moralis. Idem & B. Lutherus in margine annotat: Gott hilft jmer dem Gerechten wider auff/wie offr er verdirbt/ vnd verderben wird.

§ 79. II. Innotescit sensus materialis *ex historia τοαγα* auctori qui termino est usus. Duo subjiciam exempla præ reliquis vexata, Quæstio est quis sit sensus materialis vocis *Philosophia* Col. c. 21 v 8? sine dubio is, qui eius vocis sensus fuit eâ ætate, quâ Apostolus scripsit. Nihil autem aliud significabat tùm inter Judæos *Philosophia*, quàm varias Judæorum sectas. Nam historicus coævus *Josephus* expressè istas tres sectas *Pharisæorum*, *Saducæorum* & *Essæorum* vocat tres *Philosophias* lib. 18. ant. c. 2. *ἀλώσεων φιλοσοφίας* lib. 2. c. 7. Sectas quæ erant ante tempora *Hasmonæorum*, *Eusebius* in duas familias distinguit, unam eorum qui soli legi studebant: alterâ eorum qui legis auctaria admitterant: illam priorem appellat l. 8. præpar. *Evang.*

φιλοσοφίαν καὶ τὴν ῥητικὴν διανοίαν: posteriorem θεωρητικὴν. Quin & *aurei oris pater* τὰ τῆς φιλοσοφίας inquit homil. 64. in Matth. ἐπέταθη μετὰ τὴν Ἑχρεῖσθ παρυσίαν, id est, interprete *Casaub.* post Christi adventum ratio bene vivendi secundum legem fuit intentā. Confer *Ioseph. Scalig. in elench. trihæresii Nicolai Serrarij cap. 22. Drusium in respons. ad Serrarij lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 18. l. 4. c. 3 Enostri. D. Frantz orac. 106. & Affelman. in Miscell. select. 3* Hujus Philisophiæ philosophemata fuerunt contentiones legales e. g. an in sabbatho liceat vesci ovo quod gallina peperit in sabbatho? An elevandi pedes è terra, num verò subinde in lapides impingendum? confer Matth. 6, 5. c. 9, 11. c. 23, 14. & 23. c. 12, 2. Luc. 5, 33. c. 18, 12. Marc. 7, 3. & 4. Rursus vocis *ὑπερ* quàm varia sit significatio materialis testantur omnia lexica: quis verò definitè sit sensus loci 1. Cor. 15. v. 29. βαπτίζω ὑπερ νεκρῶν in diversas partes scinduntur interpretes: Aliis exponētibz per SUPER, aliis PRO sive VIC E sicut etiam usurpatur Philip. 2, 13. Joh. 6, 51. Historia cœva nodum solvit: quæ convincit 1. usitatum fuisse in primā Ecclesia baptismum vicarium. Si quis enim morte præventus sine baptismo decesserat, tùm in eius locum fuit suffectus alius qui *ὑπερ νεκρῶ* loco mortui fuit baptizandus sicut compatres loco infantium baptizandorum de articulis fidei respondent. Telle *Epiphanio* hæres. 28. Contra 2. gratis extogitari baptismum illum super sepulchretis, quia is non solum in historia cœva vestigium aut volatam non habet, sed historiæ etiam contradicit. Si enim

primitiva Ecclesia baptizavit super sepulchris, id fecit vel extra urbem, sub die in conspectu omnium: vel intra urbem in suis ædibus (nam templa ac ædes sacras ab initio nullas habuerunt.) *Prius* non fecerunt, quia in præsentissimum periculum prodicionis se coniecissent, nec opus fuisset Tyrannorum inquisitione & falsum illud esset, quod testatur Plinius habuisse Christianos (ex metu) antelucana conventicula: quodque *Chrysostr.* aliquoties scribit, ἰσχυρὸν οἱ μεμνημένοι, quod suos ritus Ecclesiasticos cælatum voluissent. Si enim S. cœnam administrassent in oculis omnium, auxissent calumniam de Thyestæis cœnis. *Posterius* non potuerunt, quia intra urbem nulla fuerunt sepulchra, maximè apud Corinthios, de quorum urbe *Pausanias* l. 2. testatur, quod accedentibus ad eam urbem in viâ apparuerint tumuli cùm alti, tum prope ipsam portam Diogenis Sinopensis, quem canem Græci appellant. *Dices.* Si Apostolus vicariatum Baptismi intellexisset, tum ab usum baptismi pessimum approbasset, alias pro se eum non allegasset. Resp. 1. negando consequentiam, si enim licuit seïdem mendacio uti pro argumento cum ad personam disputavit, ut ostendimus in superiori idea p. 52. ex Tit. 1, 12. Cur non in similis disputandi artificio licuerit errorem assumere ad probandam corporum resurrectionem? deinde ipse loquentis gestus, quasi indignantis videtur fuisse. Non enim ut aliàs quadam κοινότητα utitur, quâ se includeret, sed τι ποῖ ἡσῶσι? inquit, ἠὲ ἄνευ θεοῦ ἢ ἄνευ ἡμῶν; id est depravatores baptismi? III.

146 IDEA BONI INTERPRETIS ET
Innotescit sensus materialis ex concordantiis & quibusvis alius interpretandi mediis. Interpreti enim instat Argi alicuius, qui totus erat occuleus, non est inhaerendum in uno solùm medio: sed omnia sunt in numero habenda, ut fulmineâ quadam pernicitate avolare ad omnia possit, ne in minimo offendat aut impingat.

§. 80. Quod dictum haecenus fuit de vocis sensu formali & materiali, id ad tropicas quoque dictiones pertinet. Tropum mirificè illustrare & ad multas utiles cogitationes interpretem ducere palàm est. Rem enim oculis quasi subjicit, idque vel similitudine, quæ ad docendum efficacissima, ut cum se pastorem Christus appellat, auditores oves; quæ concionatores hîc sibi indulgere non possunt? vel quavis exterioris sensibilis actionis aut gestus representatione, e. g. omnibus notum est quid sit vesci: quia tamen in mordendo est quidam gestus, quem oculis magis cernimus, hinc dixit ille

— *sordes farris modere canini.*

sed biblicis utemur hîc quoque exemplis, quibus quasi condiximus. Ardua est disputatio Interpretum de abominatione desolationis, Matth. 23, 15. Nonnulli locum interpretantur concretivè de ΒΔΛΥ γυαν seu idolo aliquo in vel ad templum Hierosolymitanum importato, ut fuit 1. imago aquila aurea Tiberij, quam postea Judæ Sariphæi & Matthiæ Margalothi filii demoliti fuerunt, teste Iosepho lib. 17. antiq. c. 8. 2. signum effigiei Casarea à Pilato obtrusum l. 18 Iosephi c. 4. 3. Adriani Imp. status equestris de quâ Zyvinger l. 9. volum. 17. Omnia non

non solum contra historiam, sed etiam linguæ idiotismum. *Contra historiam*, quia priora duo idola ante Christi prophetiam fuerunt exhibita. Quæ verò illa prophetia est, quæ præterita vaticinatur? posterior centum annis contigit post devastationem loci sancti, non igitur potuit reponi in loco sancto, cum non entis nulla sint accidentia. *Contra idiotismum linguæ*, sicut enim lex justitiæ Rom. 7, 24. notat justitiam legalem, & beatitudines viri virum beatum, ΠΙ.Ι.Ι. Ita βδέλυγμα ἐρημώσεως notat desolationem abominandam ein grewliche Verwüstung / non substantiam aliquam vel idolum abominabile. Rem ita se habere jucundissimè docet metaphora à Daniele usutpata, is quod servator vocat βδέλυγμα ἐρημώσεως, cap. 9, 27. appellat כנף שׂוֹמֵר alam abominationum, id est, alam abominabilem. Ubi vocem אלæ si propriè accipias, nullam reperies explicationem: impropiè igitur notaverit vel ipsum exercitum Romanum in alas divisum, ut exponit Lucas 21, 20. vel alas vexillorum Judæis infestas, aquilarum scilicet, stantes circum mœnia Hierosolymitana. Ut aded Daniel posuerit causam abominationis, Christus effectum. Eadem jucunditas est in voce ὑσερῆνται Rom. 3, 23. Ubi Apostolus respicit ad cursus Olympicos, quibus δόξη aliqua gloria & præmium est propositum: Erant autem in his qui vel se ipsos impediabant, vel occursum aliorum impediabantur, & cogebantur ὑσερῆσθαι, zu ruck bleiben. Ita contendentibus nobis ex nostris viribus collinearum ad scopum divinæ gloriæ nobis præfixum vitæ

148 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
scilicet æternæ, omnes *ὕστερον*, posteriores manemus. *Wir bleiben alle zuruck.* Campus hic aperiretur si afferre omnia vellem, quæ suâ modificatione Interpretem & delectant & juvant. Sed ad carceres unde exivimus.

§. 81, *Sensus est ut indicavimus, etiam tropicarum vocum duplex, Formalis & Materialis.* Materialis sensus est qui in concordantiis occurrit pro subjecta materia sæpe multiplex: formalis est unus ab his omnibus abstractus, omnibus tamen communis. Assumamus autem pro exemplo Tres illas Metaphoras in quibus unicè (quod miseris) fundatur primatus Papæ, **PETRÆ, CLAVIUM ET PASCERE.** *Petra* ratione situs, ratione officii, ratione formæ, adeoq; ratione materialis sensus varia est: *Petra* enim data est, est lapidum quasi mater: sustentat castrum: constans est & firma, ducit non raro & regit viatorem à rectâ viâ abiturum, nisi petram ejusmodi semper in conspectu habeat: quæ autem jurisdictionem vel jurisdictioni quid simile exerceat reperias nullam. Ab his omnibus significatis abstrahendus est sensus formalis, in quo *petræ* omnes conveniant, id verò non est dirigere viam: quia in deviis & desertis locis *petræ* sunt numero plurimæ: quin ipsum regere viam *petræ* merè est accidentale & fortuitum. Deinde sustentare castrum etiam non pertinet ad formalem rationem, quia multæ *petræ* sunt sine castris. Sed formalis ratio *Petræ* est, esse quid 1. *firmissimum & constantissimum*, quod non ut *pila* aut *lapis* projici ac devolvi possit. 2. *sustentativum* alicuius castri, ut fidele sit

fit contra tùm terræ motus tùm hostium insultus, 3. *aptum*, ex quo lapides alii excidantur: Hinc sequitur, Quicumque metaphoricè Petra dicitur, eum oportere vel in ipsâ suâ essentiâ (ut filius Dei) vel in aliâ aliquâ re (fide) esse constantem ac immutabilem, & quasi *πλεγματων*, sustentativū rei alicuius (Ecclesiæ) aptum ex quo lapides (Christiani) excidantur. Hoc, inquam, sequitur formaliter & nihil aliud. II. *Clavium* metaphora in sensu materiali notat 1. vim aperiendi tantum, ut ex claves quibus januas & portas referamus 2. vim aperiendi & claudendi, solvendi & ligandi, ut claves quibus seræ vinculorum aut compedum ligantur & referantur 3. vim jus dicendi, ut sunt claves quæ à victis victori offeruntur 4. vim œconomiam administrandi, ut claves quibus Sobnæ ille non Pontifex, (quia illo tempore Pontifex erat Asarias 2. Paral. cap. 31. vers. 10. & 13.) sed *יהויה* thesaurarius & quæstor Esai. 22, 22. fuit instructus. Ita paterfamilias suo promocondo exhibere clavem cellæ penuriæ solet. 5. vim utendi domo aliquâ non possidendi, sicut venditor emtori domus tradit claves, quibus traditis possessio tradita videtur, ut ait Ictus l. 74. §. de contrah. emt. Sed formalis significatio est, quam clavis habet quâ clavis est instrumentum, videlicet ad vel solvendum vel ligandum factum: nam reliquæ significatioes sunt materiales & competunt clavi non quâ clavis est, (competerent alioquin omni clavi, cum à quatenus ad de omni valeat consequentia) sed clavi quâ est victoris vel dispensatoris &c. III.

Pascere tertio multiplicem etiam sensum habet materialem, secundum varia pastorum officia 1. de pascuis providere, inque ea abducere 2. pascere, 3. regere voce & revocare oves aberrantes 4. sapere etiam baculo reducere: 5. dominari in oves easdemque tondere, 6. rejicere à grege scabiosas &c. Cæterum hæc omnia non pertinent ad rationem formalem ac definitivam pastoris. Nam de pascuis providere, & dominari ovibus non est pastoris quæ pastor est, sed œconomi quæ Dominus est ovium: tondere easdem h. e. fructum percipere, rejicere etiam à grege, non est pastoris quæ pastor est, etiam si ejusdem sit indicare quæ oves scabiosæ sint, quæque rejiciendæ & Dominum ovium monere. Sed formalis ratio pastoris est regere dirigendo (prudentiâ, non jurisdictione & potentiâ) & reducere palantes voce & baculo, sed quàm fieri potest mollissimè.

§. 82. His positis regulæ aliquot ad Interpretationem terminorum utiles probè sunt observandæ. I. *A sensu termini materiali ad formalem valet consequentia affirmativè non negativè.* Ratio; quia eadem hic est consequentia quæ est in progressu à specie ad genus: Formalis enim sensus tanquam communis genus est, materialis species. Rectè igitur sequitur hic homo mihi Juramento confirmavit fœdus, Ergò in hoc fœdere mihi licet infallibiliter niti; hoc est argumentum à fide politicâ ad fidem simpliciter. Petro datæ sunt claves, Ergò Petrus potest vel solvere cælû (peccata remittendo quæ instar catenarum nos premunt) vel claudere

(ex-

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 151

(excommunicando) &c. Perinde ut sequitur homo est Ergò animal est. II. *A sensu termini formalis ad materialem valet consequentia negativè non affirmativè.* Quemadmodum sequitur, animal non est, Ergò homo non est. Non item, animal est. Ergò homo est. Nam (quæ regùla Scholasticorum est tradita à Pico Mirandul. apolog. p.171.) *posito termini multiplicis* (ut est omnis terminus generalis, in quò latent multæ æquivocationes juxta Aristotèlem) *non distrahunt pro omni supposito cuiuslibet significati copulativè.* Ergò non sequitur Petrus dicitur petra (posito sed non concessò) quia in fide constans fuit, & talis ut in eius doctrina niti possit tutò Ecclesia, & aptus qui alios adhuc Christo lucrificiat. Ergò & Petrus etiam jurisdictionem exercet in Ecclesiam, cum hoc (largiar enim esse materialem significatum) solùm esset significatum materialem, & illi solum Petræ tribui possit quæ simul est omnipotens, Christo videlicet Ergo. 2. non sequitur, Petro datæ sunt claves solventes & ligantes. Ergò etiam triumphantes & victrices. Petro dictum est, pasce oves meas, i. e. ut Nonnus *ἰσχυροποιήσῃ*

Ἄρνας ἐμὰς ἐπομαίνει ἀόφρονας ἀνθρώποις βίβλων

Pascito Petre meos scriptura floribus agnos.

Ergò iidem dominare, easdem à regnis ob hæresin proprià auctoritate depelle, Ergò tonde, immò si vis, planè deglube. III. *à sensu materiali ad sensum materialem alterum sophisticè pessimeque concluditur.* Nam hoc sit argumentari à specie ad speciè. Homo est, Ergò canis: quâ consequentiâ nullâ esse potest sequior. Sophisticæ igitur hæ sunt sequelæ

1. *Filius Dei generatur (scilicet per communicationem eiusdem numero essentia) Ergo & Filius Dei essentia differt à patre , specie autem cum eo convenit.*
2. *Diabolus habet fidem historicam, E. salvificam.*
3. *Homo iustificatur (scilicet imputativè sicut in iustificatione fori Politici fieri solet) Ergo ei iustitia habitualis infunditur.*
4. *à Philosophiâ cavendum, est Ergò ab hac nostra beediernâ.*
5. *Petro data sunt claves. E. summa potestas que nec cælo contineri potest.*
6. *Petro dictum est pascere. E. dominare.*
7. *Petrus vocatus est Petra. E. Rex ac Dominus Univer- si. Eadem sane hac sequela est, ac si velles probare Petrum (sed horret eloqui) esse ex sensum ac stupidum, quia id Petra vel lapidis metaphora non raro significat.*

§. 83. IV. *A termino positivo & positivâ descriptione ad rem positivam non valet consequens. Ratio; quia omnis privatio definitur per suum oppositum, nec potest aliter. Non igitur sequitur, Deus dicitur tenebras creasse, cæcitas est in oculo, morbus est affectio corporis. Ergò hæc omnia sunt entia positiva. Tolle hanc regulam & omnes privationes, deque his doctrinam sustulisti, V. A termino causali ad causam per se non valet consequens. Ratio quia vulgò etiam causis per accidens assignatur verus effectus, qui tamen earum verus effectus non est. e. g.*

Urebant montana nives. ———

Et

Et ——— Borea penetrabile frigus adurit.

Quare non sequitur 2. Cor. 4. v. 17. afflictio crucis
 κατεργάζει) operatur æternam gloriam. Ergò eius
 est causa per se. Aliæ regulæ à solerti Interprete
 observari plures possunt de Interpretatione ter-
 minorum. Per me licet augeantur hæc pomeria,
 Mihi sufficit glaciem fregisse,

ARTICULUS VII.

De tertio Interpretandi medio SCOPÏ
 consideratione.

§. 84. *Intelligentia dictorum ex causis dicendi de-
 promenda est, ut habet vetus Proverbium herme-
 neuticum; Per causas dicendi intelliguntur præ-
 cipuè, causæ impulsivæ seu occasiones & finales,
 quæ uno nomine Scopus appellantur. Hic itaque
 cum primis Interpreti attendendus erit; quâ vide-
 licet occasione & quò fine Auctor aliquis scri-
 pserit? Aliter enim e. g. Christus loquitur cum au-
 ditoribus ad divinitatē suam implendæ legis intelli-
 gentibus, aliter cum Scribis ac Phariseis intelli-
 gere nolentibus; istos ad se unicum salutis fon-
 tem invitat; hos monet experirentur suas vires,
 servarent mandata, & cum duplex via sit propo-
 sita ad salutem, una legalis, altera Evangelica, ingre-
 derentur illam & viderent quousque sint perven-
 turi? sicut Medicus diceret ei, qui præ insania me-
 dicinam respueret, & se ægrum esse negaret, In-
 gredere ergò; si vis sanus esse, salta. Similiter alium
 sibi propositum habuit scopum Paulus Rom. cap. 3.
 alium Iacobus c. 2. ille puram de Justificatione do-*

K f.

Æri.

doctrinam voluit docere, hic eos radarguere, qui istâ doctrinâ ad securitatem & nequitiam fuerunt abusi. Liceat hoc recenti aliquâ similitudine declarare. B. Lutherus cum vidit cimmeriam quandam cæcitatem homines cæcutire, circa sanam doctrinam de justificatione, fidesnum sit unicam salutis organum: *ἀδυναμίαν* servandæ legis exposuit. Quia verò semper inventi sunt homines qui rebus optimis abusi, hæc doctrinâ sua palliare vitia voluerunt, contenti solâ fidei professione: Ideò aureo suo libello de vero *Christianismo* Ioh. Arndt. p. m. veternum illum bonorum operum exercitio excutere conatus est, atque docuit perinde ut olim Jacobus post Paulum, ad verum Christianum minimè sufficere nudam illam, inefficacem, & charitatis vacuam fidei possessionem. Cæterum cognoscitur scopus tum ex reliquis interpretandi mediis, tum præcipuè ex historiâ illius seculi, in quò auctor vixit: tum ex diligenti ac jugi auctoris lectitatione ac evolutione. Quid historia possit, toto articulo sequenti demonstrabimus. Quid diligens auctoris lectio, articulus ab hoc secundus docebit, ubi de ἐπισήμῳ τῷ Κωνσταντῖνῳ γεωγράφῳ agetur.

ARTICULUS IX.

De quarto interpretandi medio HISTORIA

Auctori coævâ.

§. 95. Quàm præpostera via sit ad auctoris intellectum, per Commentarios grassari, ex eo etiam constat, quod omnes ferè Commentarii meliores sunt descripti ex historiâ auctori coævâ, quam si nos.

nosmetipsi legere voluissemus & commentarium antevertere, non essemus alienis oculis omnia visuri. Si historiam Romanam ut à Rosino, & Demstero vel aliis concinnata est, institutionibus juris totique corpori juridico præmitteret Juventus, plura absque commentario rectius esset perceptura, quàm, alii Vaticanam quapiam commentariorum bibliothecam. Et quæ causa est, ob quam libris dogmaticis adjecit historicos Sp. S. num alia ab hac nostrâ? ut videlicet rectius & liquidius scopum dogmaticorum ex historicis intelligeremus? Usam itaque excellentem studii historici in facultate hermenevticâ rursus ostendemus. Is verò est I. SCOPUS *Index*. Quærimus e. g. quæ occasio, quæque causa impulsiva fuerit exadificandæ turris Babelicæ, illam scripturam tacente edit Josephus l. 1. antiq. c. 5, his verbis; *Tres filij Noa primi relictis montibus planitiem habitare ceperunt & alii recenti cladis (diluvij) memoriâ pavidis, idem faciendi auctores fuere. Campo, quem primum colere sunt aggressi, nomen est Senaar. Caterum Deo iubente, ut homines colonias educerent propagandi generis gratiâ, non paruerunt: hoc consilium non favorem numini sed insidias interpretantes, ut scilicet dispersi facilius possent opprimi. Ideò Nabrades incitat homines ut à Deo ad se deficerent, & promittit turrim se exadificaturum excelsores quàm quâ aqua ascendere posset. Causa itaque extructæ turris fuit evitatio diluvii. Rursus causam quærimus, cur Jacob Patriarcha maluerit uti lapide pro cervicali Genes. 28, 11. quàm diverti apud homines istius loci; respondebit*

Joseph.

Iosephus l. 1. c. 19. quod ob simultatem cum illâ gente maluerit sub dio quiescere, quàm apud homines infideles hospitem agere. Cum quæritur, cur divinitatem λόγος tanto conatu asseruerit *D. Iohannes Evangelista*? cur lectatus fuerit in Evangelio *ἡ ἀληθινὰ*, & ea quæ à reliquis Evangelistis erant prætermissa, collegerit? Historia Cerinthum & Ebionem adversarios Johannis ostendet, simul omne eius consilium, omnemque scopum exponet: videatur Hieron. in Catal. c. 9. cum denique vera causa occisionis *Iohannis Baptiste* indagatur, *ὡς φασιν* *Matthæus* exponit c. 14, 9. veram causam *Iosephus* l. 18. antiq. c. 7.

§. 86. 11. *Index rituum* quos auctor tangit non exponit. Cur enim vitulum ad cultum exposuit Aaron non Draconem vel aliud animal? Ex. 32, 6. quâ specie & forma illum imbuerunt? Utrique dubio satisfacit historia. Illi quidem ex Ethnicis scriptoribus *Augustin.* l. 18. de C. D. c. 5. qui causam refert ad *καθολικὰν* Ægyptiorum quibus mugiebat numen in hortis, qui Serapim in bovis simulachro coluerunt. Huic *Ammian. Marcell.* qui libr. 21. bovem illum ita depingit, quod speciem habuerit corniculantis lunæ, latere dextro serenam & præfulgidam. Cur deinde *Esaias* c. 7. v. 20. minatur sub populo rasuram barbæ & pilorum pedum, id est pubis: quia omnium ferè gentium consuetudine, qui in captivitatem erant abducti ut servirent, novaculam coacti fuerunt experiri, quæ ratio editur expressè à *Micha* cap. 1, 20. Confer in superiori idea p. 370. §. 97. Quid 3. Musicæ apud mortuos est

est negotii? Matth. 9, 23. Id docet ex Jure gentium *Macrob.* l. 2. de somn. Scipion. cap. 3. Quale *καταποντισμὸς* fuit supplicium Matth. 18, 6. ejusmodi quo Philippus *Ἰσούλης* punivit. *Diodor. Sicul.* l. 16. quo ritu? Judæi saxum collo alligarunt, Græci in vas plumbeum fontem cōjecerunt, teste *Athenæo* l. 14. Quæ ceremonia illa fuit, quâ usa *Maria Magdalena mulier* Luc. 7, 38. capillis suis pedes Christi absterfit? religiosi videlicet cultus significatio: nam apud Ethnicos etiam Romanos, cum Hannibal erat ad portas, imminente extremo periculo mulieres capillis Deum aras absterferunt cur loci in oriente pedes? quid est bobus triturare? cur orientales populi præ vino aquam propinarunt hospitibus? Quid Siclus? hæc hujusmodi sine historiâ expone, & vince historiæ lectionem nulli rei esse. III. *Index significationis terminorum propriarum.* Quid enim 1. in historia Evangelicâ sibi vult *Beelzebub*, id est, Deus muscarum? & quod fuit illud dæmonium? Adi vel *Plinium*, is l. 10. c. 28. de Myagro quopiam, id est setpente murium venatore commemorat, quod divino cultu fuerit affectus & l. 29. cap. 6. cuiusdam Dei *Myodis mentionem iniicit: vel Strabonem* l. 13. de Apolline Smynthio, agentem. Quis 2. Assuerus ille fuit cuius fit mentio in lib. Esther? historias profanas si contulerimus prodibit magnus ille Xerxes græcæ terror: hoc enim se ordine secuti sunt Persarum Reges secundum *Joseph. Scal.* l. 6. de euent. temp.

1. *Cyrus Dan.* 10, 1.

2. *Camb-*

8 IDEA BONI INTERPRETIS ET

2. *Cambyfes*)
3. *Smerdis*) Dan. 11, 2.
4. *Darius Hystaspis*) 1. Esdr. 4, 5.
5. *Xerxes* 1. Esdr. 4, 6. 1. Esther. 1, 1.
6. *Artaxerxes ὁ μακρόχους.*
7. *Darius Nothus* 1. Esdr. 4, 24.
8. *Artaxerxes ὁ μνήμων* Esdr. 7. *Nehem.* 1.
9. *Darius Codomannus* *Nehem.* 12, 22. illa *Alexan-*
dri M. prada.

Fuisse autem Assuerum Xerxem profanum histo-
riis nobilitatum vel ex uno Herodoti loco conspi-
cium est. Sic ille scribit l. 7. Expeditionem Rex in
Graciam moliebatur, de qua & omni eius apparatu bel-
lico cum ad proceres Imperij retulisset, mox eos splendidis-
simo epulo 170. dierum profecutus est. IV. Index sen-
sus terminorum, e. g. *Vrim* & *Thurim* Exod. 28. v. 30.
exponit Iosephus libr. 3. antiq. cap. 9. his verbis:
Ex lapillis quos Pontifex in humeris gestabat (Sardony-
ches erant) micabat alter, quoties litatum esset, is qui
dextrum humerum occupabat, tantumque fulgorem e-
mittebat, ut procul etiam intuentibus prater naturam
suam & consuetudinem conspiceretur: mox per duode-
cim gemmas in bello victoriam Deus prenunciare solebat:
nam priusquam exercitus se moveret tantus fulgor ex
eis emicabat, ut toti populo facile innotesceret, adesse
Deum, opemque & auxilium suum invocantibus esse
allaturum. ὁ ἄνωγιστον lat. auctoramentum quid sit Ro-
man. c. 6. v. ult. itidem ex historiâ liquet, quod vi-
delicet non in genere solùm fuerit stipendium
militare ut usurpatur 1. Cor. 9. v. 7. à quo apud Li-
vium multoties milites dicuntur auctorari vel

exauctorari : sed maximè stipendium illud quò gladiatores serui venalem sanguinem insanæ populi voluptati impenderunt : de his *Seneca epist. 7.*

Quid miraris, scribit, siuri, vulnerari, occidi, alligari iuvat? aliquando etiam libet. Confer ipsam historiam prolixè explicatam in paralipom. *add. Rosin. l. 5. cap. 24.* hoc itaque vult dicere Apostolus, peccato tanquam domino vestro & quasi lanistæ serviistis hactenus : eique corporis & animi salutem proposuistis : præmium si quæritis & auctoramentum? Mors est.

§. 87. V. *Index temporum.* Multum sanè refert ad scopum eliciendum quo tempore aliquid scriptum sit, e. g. in S. Scripturâ, quando epistola ad Thessalonicenses scripta sit? propter controversiam quæ nobis est cum Pontificiis 2. Thess. 2, 15. In iure, quo tempore constitutio Friderici Imp. sit sancita, & quid illo tempore solidus fuerit, quantique valoris? Præcipuè verò nonnulla sunt chronologica, quæ turpe sit Interpreti ignorare, e. g. Tempus nati & passi Christi: hebdomades Danielis & alia, quæ nostri non est instituti singula afferre & explicare, cum non sit ejusdem modum sciendi docere & ipsam scientiam. In his autem Chronologicis verum esse deprehendemus, quod *Ioseph. Scalig. scribit l. de emend. Chronologi profani negligenterentur, si omnia scriptura intervalla ita essent definita, ut nullum in iis dubium, nihil quod nos moraretur interveniret.* Unum in medium afferam exemplum. Festum Nativitatis Christi olim VI. Januarii fuit celebratum, & aliquot annos post per

160 IDEA BONI INTERPRETIS ET
per prochronismum à Romana Ecclesiâ in XXV.
Decembristræjectum, ut docet *Casaub.* in *Annal.*
Baron. ad ann. 1. num. 36. Ex 2. seu quod illum diem
servare voluissent, quò *ἐπιφάνειαν* suorum deorum
celebrarunt gentiles (multa enim in ritibus indul-
serunt gentilismo, ut novitatis averterent suspi-
cionem, confer eundem *Casaub.* Ex. 16. n. 43.) seu
quod (ut testatur *Sculterus* lib. 1. exerc. *Evang.* cap.
46.) nonnulli collegissent debuisse Johannem 24.
Junii, Christum 25. Decembris nasci, quia illum
oportuerit crescere, id est, diebus crescentibus,
confecto solstitio æstivo nasci: hunc minui Joh.
3, 30. id est diebus descrescentibus, confectâ bru-
mâ. Seu quod statuissent Zachariam summum
fuisse Pontificem, qui ingressus sit in sanctum san-
ctorum die decimo mensis Nisan, id est Octobris,
juxta *Levit.* 16, 20. ab hac epochâ sexto post men-
se (April.) conceptum esse Messiam *Luc.* 1, 26. in-
que lucem editum mense octavo (Decembri) Sed
prima ratio tempus non definit: secunda ratio (ut
omnes vident) inepta est: tertia falsa, quia *Zacharias*
non fuit summus Pontifex, sed Sacerdos ex
classe octavâ *Luc.* 1. vers. 8. Ided *Josephus Scaliger*
aliam rationem inivit & ex historiâ demonstravit
natalem *Joh. Baptistæ* incidisse in finem *Julii* An-
no orbis 3946. sexto post mense (Januario) con-
tigisse annunciationem *Mariz*, nativitatem men-
se post (Septembri:) Quæ sententia utut difficul-
tatem adhuc habeat, de quâ *D. Calixtus* in *Harm.*
Evang. p. 40. & seqq. vero tamen similior est illâ
priori. VI. *Index locorum.* Quem qui non putant
Inter-

Interpreti esse necessarium, illi eadem operâ è viis
 staturas mercuriales sustollunt. Quid terra Chet-
 tim vel Chittim? Esai. 23, 1. sine dubio Macédonia,
 ut ex historiâ demonstrat Drusus in notis ad lib. 1.
 Maccab. c. 1. Quid fons Siloë Esai. 8, 6. vide Jose-
 phum 6. bell. Jud. c. 6. & c. 11. Quid mons Garizim
 Joh. 4. 20? nisi mons in quo Samballetes aliud tem-
 plum cultui divino consecravit, oppositum Hie-
 rosolymitano. vide Joseph. l. 12. c. 7. Quo ex loco
 Magi Matth. 2. venerunt? non certe ex Arabiâ aut
 Sabâ quæ Judææ fuit meridionalis, hinc Regina
 Sabæa dicitur Reginâ Austri Matth. 12, 42. Luc. 11.
 v. 31. Sed ex Persiâ, quæ respectu Judææ fuit orien-
 talis. His omnibus antepositis, hoc necimus ar-
 gumentum generale.

*Quicquid est Index 1. scopi 2. rituum, 3. terminorum
 intellectu difficilium tam appellativorum quàm
 propriorum, 4. temporum 5. locorum, id medium
 est interpretando textui necessarium.*

Historia auctori coeva huiusmodi est. Ergò &c.

ARTICULUS X.

*De quinto interpretandi medio, Ἐπισήμη
 τῆς Συνθεσίας ἢ γερφόνθ.*

§. 88. Fieri non potest ut auctorem quis intel-
 ligat sine intellectu auctoris, quem, quoad fieri
 potest, Interpres ita exploratum habere debet,
 tanquam esset ille ipse auctor exponendus: sicut
 in Comœdiâ Regem non repræsenterit, nisi qui
 regios vultus atque gestus spiraverit. Hinc Bern-
 hardus, Davidica inquit non intelligit, qui Davidica

L

non

152 · IDEA BONI INTERPRETIS ET
non patitur. Et Plato in sæpe allegato dialogo IO
p. m. 535. negat Rapsodos intelligere posse Poëtas,
nisi ipsi quoque enthusiasmo rapiantur. Ideò re-
quiritur *ἐπιστήμη τῆς ἑρμηνείας ἢ γερμανία*, i. e. scientia
consuetudinis auctoris, quæ tribus absolvitur
capitibus, ut nôris 1. *quis loquatur?* 2. *quò animo &*
affectu? 3. *quò stylo?* Quis?

—— Davusne loquatur, an heros

Aut Pythias? ——

loquaturne sub suâ an sub personâ alienâ? ex. gr.
cum Ecclesiastes c. 3, 12. quis, inquit, novit an spi-
ritus hominum ascendat sursum, & an spiritus ju-
mentorum descendat in terram? non ex se loqui-
tur, sed induit hominem sibi relictum exq; even-
tibus solùm & ratione judicantem: In sacris certè
accuratè videndum est, quis loquatur? Aliud
enim sæpe loquuntur sancti viri ut ministri Dei
aliud ut privati homines, e. g. Nathan suadet Da-
vidi ut domum Domini ædificet: 2. Sam. 7, 3. id
quod dissuadetur per verbum Dei subsequens v.
4. 5. & 6. Sic Paulus dico ego, non Dominus. Ad-
vertendum tamen est omnia in S. literis esse *θεο-
πνεύματα*, & à nobis pro *θεοπνεύμασι* habenda, nisi
ipsa scriptura expressè aliud innuat. Deinde, *Quo*
Animo loquatur? Huc pertinet Icon animorum
quem edidit Euphormio, & doctrina de affecti-
bus Physica. Absque hac qui fuerit Interpres, non
minus feliciter versabitur in exponendo, quàm
Orator in persuadendo. Hæc enim scientia si de-
fuisset Tullio, num scivisset quibus rebus Cæsar
gauderet quibus caperetur? ut de eodem testatur

Cecin-

Cacinnal. 6. epist. fam. 7. Num tenebras potuisset offundere iudici, quod se fecisse perhibet in causa Cluentii? Ex historiâ itaque de vitâ auctoriâ conceptâ & oratione eruendum est totum ejusdem ingenium; Fueritne ambitiosum, laudisque cupidum? quale fuit Ciceronis l. 5. ep. f. 12. & l. 9. ep. f. 14. An acre & fervidum quale fuit Apostoli Petri, quod ex Matth. 17, 4. colligit *Casaub. in not. ad N. T. manifestum inquit* *Dequibus* & *Petrine argumentum*, an grave & vehemens quale fuit Paulinum, ut de se ipse locupletissimus est testis 2. Cor. 10, 10. cujus gratia cum Flaccius p. 82. clav. comparat *Pericli* non peroranti sed fulminanti.

§. 89. Denique *Quo stylo utatur?* humili ac subtili an splendido & illustri, num mediocri? Quæ omnia ex his *γνώσεις*, dignoscuntur. *In illustri caractere* 1. objectum sunt res ad genus causarum demonstrativum pertinentes. 2. Materia ex quâ sunt sententiæ graves & exempla heroica. 3. forma est elegantissima, suavissima, dignissima (his enim tribus partibus elegantia, compositione & dignitate absolvitur elocutio) 4. Finis est concitatio affectuum. 5. Exempla eorû quibus hoc genus familiare fuit, sunt Moyses (quam laudem ei pago deditus Longinus Rhetor tribuit) Esaias, è profanis Tullius in Senatu perorans. 6. oppositum huic characteri vitium est orationis tumor & Thrasonica quædam verborum & sesquipedalis jactantia. II. *Humilis generis* 1. objectum sunt argumenta, rerum difficilium ac philosophicarum (cuiusmodi sunt Commentarii ac disputationes philo-

(sophicæ) epistolarum, comœdiarum, historiatarum. 2. Materia ex quâ sunt sententiæ acutæ & sermo vulgaris. 3. forma consistit in parvo vel nullo usu compositionis aut dignitatis Oratoriæ. 4. Finis est docere. 5. Exempla eorum, qui hoc in genere quasi fuerunt domi sunt, D. Apostolus Paulus, ut testatur ipse 1. Cor. 2, 4. Menelaus, Seneca, Demosthenes. 6. oppositum vitium orationis est jejunitas, nimiaque ariditas. III. *Mediocris generis* indoles media est non 1. ratione objecti exprimit ea, quæ affectuum concitatione turgent, vel simplici veritatis pronuntiatione sunt contenta, sed medio modo se habent ut sunt res generis deliberativi. 2. ratione materiæ ex quâ non assequitur acumen generis humilis neque vim aut copiam illustri. 3. ratione formæ, lumina ac schemata adhibet crebrius quàm humile, verecundius quàm grande. 4. Exemplum præbuisse creditur Nestor. 5. Finis conciliatio est. 6. Oppositum denique vitium incertitudo est, quæ in eiusmodi oratione conspicitur, de quâ ceu pallio mendici ex diversis panis consuta judicare non possis, grandis sit an humilis? sed quæ inæquali saltu nunc per tes quatuat, nunc placido fluat murmure. Hæc ex Rhetorum præceptis huc erant transcribenda. In universum autem *stylus orationis cognoscitur*. 1. *ex jugi saepe reiterat à lectione*. Sicut enim ingenium hominis non ex aspectu unius membri aut ratione unâ satis explorari potest: Sicut in partibus operum Colossicorum (quæ Strabonis comparatio est) singulis, non spectatur exacta subtilitas, sed in corpore universo:

verso: Ita ex uno loco vel textu intelligi sensus auctoris nequit, nisi attendas etiam reliqua quæ ab eodem sunt memoriæ prodita. Τὸν ἐξηγητῶν ἡ ἀπλῶς παρὰ φιλοσόφῳ γεγραμμένων δεῖ ἔμπροσθεν εἶναι, *verba sunt Simplicij*. Quapropter non à limine salutandus fuerit auctor, sed in eo inhabitandum. Depone (inquit Seneca ep. 33.) *istam spem, posse te summam degustare ingenia maximorum virorum. Tota tibi inspicienda sunt, tota tractanda. Res geritur & per lineamenta sua ingenij opus necitur, ex quo nihil subduci sine ruinâ potest. Non est formosa mulier, cuius crûs laudatur, aut bracchium, sed illa cuius universa facies admirationem singulis partibus abstulit. Cum e.g. Cicero dicit lib. 12. ep. f. 1. nihil amplius. Gottofradus in margine addit. Modus loquendi Ciceroni usitatus, verina 3. 4. pro Cæcinnâ pro Flacco, de finibus, 5. sæpè jugis auctoris lectio præstat vicem præceptoris. Hinc Cicero l. 7. ep. f. 19. *Ius civile vestrum, inquit, ex libris cognosci potest: qui quanquam plurimi sunt, Doctorem tamen lumenque desiderant. Quanquam tu si attentè leges, si sapius, per te omnia consequere, ut certè intelligas.* Confer alia quæ sequenti articulo monebimus aucturi de analogiâ & locorum collatione. 2. ex loco in quò auctor scripsit. Dn. Iunius c. 14. *method. Eloq.* scribit Demosthenem usum esse humili charactere, quia in eâ versatus fuerit Republ. in quâ homines doceri quàm moveri malebant, hinc Areopageticum illud ἀνὰ θεοποιεῖς καὶ παθῶν. Contra D. Apostolus ad eam scripsit civitatem (Corinthum) quæ ad solum illustre dicendi genus aures accommodare solebat, contenta hu-*

166 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 mili dictione. Rem ita se habere facile colligere
 licet ex D. Pauli protestatione 1. Cor. 2, 4. & seqq.
 3. *Ex gente*, è quâ natus est Auctor e. g. Tharsensis
 fuit Apostolus Paulus, ideò Tharsismos quos-
 dam in eo depræhenderunt Interpretes, maximè
 verò Col, 2, 18. in voce κατὰ βραβδέτω & 1. Cor. 4, 3.
 ibi pro iudicio ponitur ἡμῶν. Impulsu Sp. S. lo-
 cuti sunt Sancti Dei homines, sed omnibus ille
 styli libertatem concessit. Ita in Livio à nonnullis
 observata est quædam patavinitas 4. *ex aetate* in
 quâ vixit auctor, loquatur iterum Romanorum
 sapientissimus Seneca ep. 113. *Oratio certam regulam
 non habet. Consuetudo illam civitatis, que nunquam
 in eodem diu stetit, versat. Multi ex alieno seculo petunt
 verba, Duodecim tabulas loquuntur. Gracchus illis &
 Crassus & Curio nimis culti & recentes sunt, & mox
 Salustio vigente amputata sententia & verba ante ex-
 pectatum cadentia: & obscura brevitatis fuere pro cultu.
 Est apud Salustium, exercitum argento fecit, id est, pe-
 cunia paravit. Confer Commentar. in ll. 12. Tabb.
 apud Rosin. lib. 8. antiq. Rom. cap. 6, 5. ex causâ
 præsertim finali. Alius ex hâc stylus est histori-
 cus, alius Satyricus. Illius scopus est rem nudè re-
 citare, ut est; Huius, vitia hominum repræhende-
 re, ulcus tangere & scapham scapham dicere.
 Hinc liquet cur obscænis verbis aliquando Sp. S.
 fuerit usus, aliquando minimè. Usus est voce la-
 trinæ 2. Reg. 10, 27. Κυβάλων Philip, 3, 5. occulta-
 vit autem obscænitatem tum plurimis in locis,
 tum maximè 1. Sam. 24, 4. Et ingressus est Saul ad
 tegendum pedes suos. In quem locum B. Lutherus
 in mar-*

In margine notat. (seine Füße decken) so züchtig ist die H. Schrift, daß sie die Füße decken heist, auff das heimliche Gemach gehen. Ibi scilicet res ita ferebat, proprio nomine loqui: ut & Baalitzæ intelligerent, quid mererentur eorū idola, & nostri adversarii vident, quid esset propria justitia? perinde ut Satyrici est duro modo durum quærere cuneum. 6. ex gestu externo, quō non raro homines vocem juvant. Sicut enim veteres non raro gestibus sensu animi expresserunt, ut colligere est ex Matth. 27, 24. & Actor, 21, 11. Ita frequenter orationem gestu juverunt. Quis enim Ironicam orationem percipiat, nisi qui perorantis gestum vel viderit ipse vel aliunde collegerit? Fuisse hunc morem Christo Setvatori nostro usitatum clarissimè liquet ex Johan. 20, 20. *Λύσατε τὸν ναὸν τῆτον* meum videlicet corpus; & Joh. 4, 13. qui biberit ex aqua hâc &c. Monstrabat scilicet seipsum. Observatâ hâc Christi consuetudine facilè est eruere sensum loci tot interpretationibus nobilitati Matth. c. 16. v. 18. quod scilicet *ὅτι ταύτη τῆ πέτρα θεμελιῶς* intelligi debeat & retrò ad ipsum Christum referri. Quo de loco infra in praxi plura.

ARTICULUS XI.

*De sexto Interpretandi medio Attentione
Analogia.*

§. 90. *Analogia* Philosophis duplex est, Una *attributionis*, in iis, quorum unum ab altero dependet in esse & cognosci, e. g. creatura à creatore, accidens à substantia, quorum respectu *ens* est

L 4

quid

168 IDEA BONI INTERPRETIS ET
quid commune analogicè. Altera *proportionis* seu
similitudinis (esto in his terminis aliqua sit diffe-
rentia, quam indicat *Gerh. Vossius* l. 4. in st. orat. cap.
6. à nobis tamen hîc non magnoperè attenditur)
qualis est analogia inter hominem vivum, & pi-
ctum, inter os animalis & radicem arboris, Inter-
preti nostro utraq; analogia est attendenda. Nam
loci auctoris vel sunt inter se dependentes ac sub-
ordinati, vel independentes ac disparati ac paral-
leli: In prioribus requiritur analogia attributio-
nis, ut scilicet locum dependentem ab alio, co-
gnoscas & exponas semper ex illo alio à quò hic
dependet, e. g. locus generalis est, Deum non esse
causam peccatorum, nec velle eadem, qui habe-
tur Ps. 5. Nam in scripturis occurrunt plurima lo-
ca, quæ eam præ se ferunt speciem, ac si Deum
causam esse malorum dicere vellent, ea itaque ex-
ponenda fuerint & cognoscenda è loco isto ge-
nerali & perspicuo, nec ulla admittenda interpre-
tatio quæ stare non possit cum loco priori. In po-
sterioribus requiritur analogia proportionis, ut
scilicet ita exponas auctorem ne sibi fiat dissimi-
lis, ut sibi constet; e. g. Christus dicitur pauper fa-
ctus, & tamen non debuit esse mendicus in Israël.
Hîc analogia proportionis quærenda fuerit, ne
Sp. S. sibi contradixerit. Esse verò utriusque ana-
logiæ attentionem Interpreti necessariam, proba-
tur 1. *rationibus*

1. pro analogiâ attributionis

*A quò quid pendet in cognoscenda ex ea etiam expli-
cari debet.*

Locus

Locus analogus (attributive) pendet ab alio in cognoscendo. Ergo

Ex eo etiam explicari debet.

2. pro analogiâ proportionis.

Quicumque, quantum est in ipso, auctoris constantiam tenetur asserere & vindicare, in collatione parallelorum locorum, & mutua explanatione id prestare debet.

Omnis bonus Interpres, quantum in ipso est, auctoris constantiam tenetur asserere & vindicare &c.
Ergo.

II. Auctoritatibus ipsius Sacrae Scripturae Rom. 12.

v. 6. ἔχοντες τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως.

Hat einer Propheceyung / so sene sie dem Glaubem ähnlich. & Simplicij, μὴ πρὸς τὴν λέξιν μόνον ἀποκρίπειν, ἀλλ' εἰς τὸ νῦν ἀφορᾶν, ἢ εἰς ἄλλα ἀπ' αὐτῆ γινωσκόμενα.

Ipsorum etiam adversariorum testimonio, qui dum semper analogiam fidei in ore habent, hoc ipso significant, convenire nos in quaestione an sit, discrepare autem adhuc in quaestione qualis sit quam etiam reddemus expeditam.

§. 91. In analogia attributionis duo sunt termini, unus à quo alter dependet in esse & cognosci e. g. substantia: alter Qui dependet ut accidens à substantiâ, Ita in textu (Interpretis objecto) est 1. Terminus à quo ipsa videlicet ἰσοτύπως ὑμαινόντων λόγων 2. Tim. 1, 13. Textus aliquis ejusdem auctoris, clarissimus atque propriissimus. Dico 1. ejusdem auctoris, quia nemo seipso suorum verborum est melior interpres. Reicitur itaque analogia fidei papalis, quæ decreta sunt conciliorum &

L 5 tradi.

70 IDEA BONI, INTERPRETIS ET
traditiones, de quibus incertissimi sunt cordati
omnes, habeantne auctorem Sp.S. Dico 2. *Clarif-*
simus, quia ut præmissæ notiores esse debent con-
clusionē, ita textus à quo alii in cognitione de-
pendent, debent esse clarissimi. Damnantur hīc
Calviniani qui sensum verborum Cœnæ non hau-
runt, è verbis institutionis suâ luce radiantibus,
sed dum analogiam quærunt confugiunt ad loca
V, T. obscurissima, cum tamen V. Testamentum ex
novo tanquam clariori explicare debuerint. Di-
cto 3. *propriissimus* non solum ratione phrasæ sed
etiam ratione propriæ sedis, quæ propriæ sedes
apud JCTOS sunt suis singulis titulis inscriptæ,
propria sedes materiæ de jure dotium, de pecu-
lio &c. in aliis auctoribus tum alia interpretandi
medio tum jugis lectio sedem patefaciet. E ratio
est, quia cogitationes auctoris & sensus eiusdem
semper sunt defixiores & occupationes adeoque
certiores in eo loco; ubi materiam aliquam do-
cet ex professo, quam ubi eam dicis gratia & per-
functoriè tractat. Impingunt hic iterum Ponti-
ficii, qui omni Papæ primatu nituntur in tribus
metaphoris, pascendi clavium, petræ: plerosque
insuper suæ fidei articulos deducunt non ex pro-
priâ sede, sed eos undecunque arripiunt. I I. *Ter-*
minus QVI est locus alius eiusdem auctoris de-
pendens à priori, quia vel obscurior est priori, vel
magis improprius vel extra suæ propriæ sedis
areolas trajectus. Hic semper exponendus est in re-
spectu ad priorem, a que eodem omnem suam lu-
cem fenerari debet, e.g. ex loco *Iohanna* solis quo-
dam

dam radio scripto. i. Joh. 3, 8. Ad hoc apparuit filius Dei ut destrueret opera diaboli, exponitur protevangelium Gen. 3, 15, quod scilicet per semen muliebri Christus intelligatur filius Dei, per semen colubrinum, opera & machinationes diaboli per capitis contritionem, destructio illarum machinationum diabolicarum. Ita quia clarissimè Deus testatur non velle se peccatum Ps. 5. Ideò loca illa, ego indurabo cor Pharaonis, Deus commovit Davidem ut numeret populum &c. quovis modo alio explicari debent, quàm in fraudem ac præjudicium loci prioris, & fatiganda sunt instrumenta interpretationis reliqua: semper offeret se cuneus aliquis quo hunc nodum solvas. Rursus obscurior est Aristoteles l. i. de gen. & Cor. cap. 10. t. 84. quàm ut intelligere possis quomodo elementa sint in mixto, lucem affundet clarior locus l. i. de part. anim. c. 1. abinit.

§. 92. *Analogia proportionis* quæ aliàs dicitur collatio locorum parallelorum ac disparatorum duos etiam habet terminos, videlicet locum conferentem & collatum: & hic vel depromitur ex ipsis auctoris textibus aliis, vel refertur ad analogiam cum aliis autoribus, omnia in eum finem ut sensus fiat illustrior. Quod ut rectius percipiatur, enumerabimus omnes huius collationis usus eosque in certas classes digeremus. Est illius Usus I. *Termini alicuius significativus*, e. g. quid voce carnis in oppositione ad spiritum in scripturis sacris intelligatur, obscurum est ex eventu ob tot interpretum pugnas. Sed per carnem intelligi hominem.

nem quàm veteris Adami moribus imbutum, per spiritum hominem novi Adami viribus armatum, analogia loci 1. Cor. 5, 5. clarissimè docet, si enim ibi, ut aliàs, caro totum hominem notaret, fuisset incestuosus ille per excommunicationem naturaliter enectus, contra 2. Cor. 2. v. 7. Similiter quid latinis notet vox composita ex præpositione Sub, ex collatione locorum Ciceronis planum fit: quod nimirum ejusmodi vocis significatio semper sit diminutiva, ut subdubitare l. 2. ep. f. 13. subiratus l. 3. ep. f. 9. subveteri l. 4. ep. f. 10. subrusticus l. 5. ep. f. 12. subinvideo l. 7. ep. f. 10. subimpudens l. 7. ep. f. 17. subpudere l. 9. ep. f. 1. subitasci l. 10. ep. f. 28. subodiosum l. 1. ad Att. ep. 4. ὑποσολοικον l. 2. ad Att. 11. subinane l. 2. ad Att. 17. subturpicula l. 4. ad Att. 5. 8. ib. subrigentur &c. Hunc in finem inventi sunt libri concordantiarum, ut ex ejusmodi collatione vocum intelligamus vim atque significationem. II. *Termini aut vocis dilatativus*. Minus enim e. g. fuerit, si per populum nati Messiae solum Judaicum populum intellexeris Matth. cap. 1. v. 21. confer Gen. 22, 18. & Luc. 2, 10. apparebit ad omnes gentes hoc Angelicum Evangelium pertinere. III. *Vocis Restrictivus ac limitativus*, ne cum Christus dicitur θεὸς ἐυλογητὸς, communem δοξολογίαν intelligas, idè Marcus de eà glorificatione exponit cap. 7, 37. quæ solius Dei est Gen. 1, 30. Ne existimes fluctatorem illum, qui cum Jacobo pedem contulit Gen. 32, 24. virum nudè, ac hominem vulgarem, idè ad Deum & Angelum increatum id restringit Oseas 12, 3. Ne tertio opineris Angelum

lùm qui Mosen è medio rubi alloquebatur Exod. 3, 2. fuisse communem aliquem & creatum, idè collatio N. T. Matth. 22, 31. ad Angelum increatum atque Deum verum nos deducit. Ne denique incertus sis, quis fuerit dolor Marii l. 7. ep. f. 1. ad podagram illum restringit, ibid. in epist. 4. IV. locorum inter se pugnantium arbiter. Pugnat lex de Circumcisione Genes. 17. v. 10. cum abrogationis decreto Actor. 15, 28. sed arbitrum se interponit Christus Matth. 11, 13. pugnant Rom. 7, 14 & 1. Joh. 3, 9. collatio distinctionem suppeditat Roman. 7, 22. & 23. V. sensuum unius loci diversorum distinctivus, per remotionem unius, & alterius assumptionem. e. g. versiculus primus Ecclesiastæ c. 9. Nescit homo utrum amore vel odio dignus sit? intelligi potest vel de absolutâ omnis cognitionis denegatione, ex quâ homo colligere possit sitné justificatus an reprobatus? Vel limitatè, quod homo non possit scire, sitné exosus an gratosus, si scilicet iudicium facere velit ex eventibus externis. Prior sensus refellitur ab analogiâ Rom. 8, 16. 1. Joh. 3, 14. maximè vero Ecclesiastæ c. 8, 12. ubi Salomon affirmat expressè, Ego cognovi, quod bene se habituri sint, qui timent ac verentur faciè Dei. Sic huius loci Genes. 4, 7. Ad te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi, duplex sensus esse potest, vel indicativus vel imperativus. Priorem refellit analogia ipsius historiae homicidii Cainitici: nam reverâ non dominatus est suo appetitui. VI. Distinctionum vanarum ac commentitiarum arguitivus, Distinguunt vulgò Pontificii inter de-

174 IDEA BONI INTERPRETIS ET
λείαν & λατρείαν, quæ tamen ubique in S. literis sunt
ἰσοδωμιμῆντα, ut ex concordantiis luce meridiana
 clarius est.

§. 93. Quod de analogiâ textuum ejusdem au-
 ctoris hætenus diximus id verum etiam est de col-
 latione auctorum aliorum. e. g. de collatione Ci-
 cæronis & Livii cum corpore juris. Et auctorum
 profanorum quorumvis nostræ etiam locutionis
 cum auctoribus sacris. Nostræ primùm locutio-
 nis hæc sunt exempla: Loco Exod. 7. 3. Ego indura-
 bo cor Pharaonis plurimæ sunt semper quæ sitæ
 explicationes: sed eminet inter illas, quæ ex ana-
 logiâ ad sermonem nostrum depromitur? Quem-
 admodum enim pater postquam aliquoties pue-
 rum virgis castigavit, nihilque profecit, tandem
 ad novissima verbera delapsus diceret (non ap-
 probativè sed narrativè) Ego indurabo puerum,
 Ich werde den Lecker nur verhärten: Ita Deus etiam
 de aliquoties castigato Pharaone dicit: Ego indu-
 rabo, nicht/ Ich will ihn verhärten/ sondern/ Ich wer-
 de ihn verhärten. Dicit nimirum quid futurum sit
 non quid fieri velit? Ex quo loco Deum arguere
 causæ peccati est funiculum ex arenâ compingere.
 Sed loquar ex ore aliorum, & confirmabo istam
 analogiam auctoritate i. B. Lutheri sic ille in præ-
 fat. super Michæam: Es ist im ersten Capitel schwer/
 das macht die Hebreische Grammatica, vnd braucht
 viel allusionen, als zaeman für schaeman/ vnd Achsib/
 vnd Maresa &c. welche Wort er zeucht auff böse deu-
 tung/ vnd verkehret sie. Als wann ich sprech: Roma
 du solt ein Raum werden/ vnd wol anßgeräumet/
 Witten

Wittenberg dit solt ein weyter Berg werden &c. 2. Dn. D. Frantzii in c. 1. Esai. 5. Cujus hæc sunt verba, Assuefaciaste lector ad morem Sp. S. qui scripturam suam non scribit, aut nudè recitat, sicut tu eandem nudè scriberes aut recitates, sed ita eam tibi vult propositam, quasi ex ore eius coràm eadem audires. ex. gr. ista verba *super quid percutiemini adhuc?* ista inquam verba profert in formâ & affectu interrogantis cum vehementi affectu & post eam interrogationem prolatam quiescentis ac tacentis. De hinc quasi capite concusso, ut solent irati, & manus ambas projiciendo vehementibus affectibus, addit, *addere pravitatem: Ihr werd doch durch neue Straff nicht besser werden.* 3. Hurtadi Mendozæ. Ex Syrac. 8. 1. omnia creavit simul probari forsan ab aliquo possit, mundum uno momento totum coaluisse, nullam fuisse revera creationis in sex dies sectionem. Ideò Mendoza disp. 3. de cœl. s. 1. §. 10. locum citatum acutè explicat allusivè. Tò simul, inquit sumitur (non mathematicè pro collectione temporis, sed) synecdochicè: *qualiter vulgò cum è portu magna classis solvitur: est aliquæ naves prius abiverint, dicitur tamen tota classis SIMVL solvisse.*

§. 94. Deinde analogiæ relatæ ad alios auctores hæc sunt paradigma. Matth. 5, 37. Erit sermo vester **EST EST, NON NON**, Affinis huic loco est ille Aufonii

— cum multa loquaces

ambiguè sererent verba, contra omnia solum

Est respondebant vel non —

Matth.

276 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 Matth. 12, 9. *Hosanna filio Dei!* i. e. ut Deum eum sal-
 vet, scilicet precamur. Respondent huic loco ac-
 clamations alię semiplenis sententiis prolataę, ut,
 victorię Pop. Rom. feliciter! sc. eveniat. Impera-
 tori multos annos! τὸ ἐυχαιέσθην! Christianos ad leo-
 nes! Id quod in Proverbiis etiam locum habet, ut
 οὐδέ σε λέων ὀπιθήσει &c. Cic. l. 2. ad Att. 16. Et in com-
 minationibus, ut si introibunt in requiem meam!
 confer *Sanctium ad l. 1. Samuel. 20, 12. 2. Thessal. 26.*
 Et nunc, quid teneat, scitis & v. 7. tantum quate-
 net in præsentia tenet. Similis huic loco est ille Ci-
 ceronis l. 2. ad Att. ep. 18. *Κισπὸς* est: ut suspicor illis,
 qui tenent, nullam cuiquam largitionē relinquere.
 Hęc huiusmodi collationes textū mirificè illustrāt,

§. 95. Coronidis loco controversiam aliquam
 huc loci pertinentem discutiemus, *An scilicet colla-
 tio locorum sit argumentativa?* Dubitari ob duas
 causas potest, quia videtur petere principium:
 idem enim probat per idem. quia deinde conclu-
 dit à particulari: non enim sequitur, hoc in loco
 hic sensus est. E. idem quoque est in alio. Respon-
 deo l. Collatio ex analogia attributionis est revera
argumentativa, quia concludit ex universaliori
 notiori, & clariori, e.g. propria sedes de primatu
 Ecclesiastico, clarissimis atque propriissimis ver-
 bis concepta extat Matth. 20, 25. & 26. Principes
 gentium dominantur: vos autem non sic. Ex hoc
 loco metaphorici illi de pasturâ, petrâ, clavibus
 explicari debent, hoc argumento,

*Talu intelligitur à Christo pasturâ, qualem Reges gen-
 tium non habent.*

Primo.

Primatus jurisdictionis atque dominij, non est talis, qualem Reges gentium non habent. Ergò Primatus jurisdictionis non est pastura à Christo intellecta.

II. Collatio ex analogiâ proportionis meræ nudæq; non est argumentativa sed solum probabili ratione illustrativa, non enim sequitur, loci paralleli hic sensus est. Ergò etiam huius. Vox ita accipitur alibi. Ergò & hic. Esset enim hoc revera argumentum à particulari. Nihilominus ut exemplum illustrat, ita hæc collatio lucem affundit textui sed nihil demonstrat. III. Collatio ex analogia proportionis præter similitudinis relationem, aliud adhuc exercentis officium, restrictivum aut dilativum &c. revera est argumentativa e. g.

Is intelligitur Angelus qui ab eodem auctore appellatur alibi Deus

Angelus creatus non est is qui appellatur Deus B.

Angelus creatus non est is qui hic intelligitur.

vel

Deus non est angelus creatus

Is qui hic loquitur è rubo, Deus est. Ergò

Is qui hic loquitur è rubo, non est angelus creatus.

Est hoc argumentum bonum, quia concludit à positione unius disparati ad negationem alterius.

ARTICULUS XII.

De septimo Interpretandi medio,

CRISI,

§. 96. Quemadmodum supra sect. 2. art. 5. exposuimus, ejus nunc nobis afferenda medicina est:

M

illa

178 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 illa. verò CRISIS est, id est *judicium Grammaticum de literaturâ* (corpore orationis,) *textus alicujus.*
 Quod ut utilissimum remedium est adversus corruptionem, ita ab usui præ cæteris semper fuit obnoxium, nostro cum primis seculo, quo ceu pestifero fidere, surgentes litera nondum adultâ stirpe fermè exaruerunt, ut conqueritur *Euphormio* l. i. *satyr.* p. 170.
 Afferendi itaque nobis sunt veri *criseos* usus aque vanis illis ab usibus vindicandi. *Criseos usus est.* 1. *Auctoris veri indicativus.* 1. *Ex titulo & inscriptione.*
 Tamdiu enim vera est præsumptio de auctore ex inscripto nomine auctoris, quamdiu *ἡ ἀδελφότης* probari non potest, e. g. Psalmi qui præter Davidem aliis quoq; auctorebus ascribuntur, ut *Asapho* *Coræ*, *Ethano* *Ezraitz*, sine dubio hos auctores habent, cum contrarium aliunde demonstrari non possit; secus quam statuunt *Cassiodor.* in *Præf. Psalm. & August.* l. 17. de *C. D.* c. 14. Advertendum tamen est, ex inscriptione tantum concludendum esse affirmativè non negativè, quia non sequitur, hic liber non habet inscriptionem. *D. Pauli*, *E.* non est à Paulo scriptus. Si enim hæc argumentandi ratio foret juxta tùm eadem ratione probari posset librum aliquè omninò nullum habere auctorem. 2. *ex styli identitate.* Duplex est *styli* diversitas, alia secundum characterem dicendi, alia secundum temporis mutationem. Prior non est argumentativa quia *Aristoteles* nunc exotérico nunc acroamatico usus est stylo: Et *Cicero* nunc illustrem nunc humilem characterem adhibuit. Nulla igitur est consequentia: *stylus* in *Epistolâ*

stolâ ad Hebræos est illustrior quàm in Paulinis aliis. Ergò Paulus illius epistolæ non est auctor. Posterior est efficax. Nam si quis auctor uteretur eò stylo quo barbari usi sunt in seculo octavo, nono decimo & seqq. nemo certè judicaret esse eum vel Hieronymū qui in quarto seculo vixit vel Lactantium vel alium aliquem purioris latinitatis patrem. Rectè itaq; subventanei fœtus damnavit *Casaub.* exerc. 1. ad appar. Baron. libros Mercurii Trismegisti quia Hermes auctor vetustissimus qui Ægyptiis leges & literas tradidit, teste *Cicerone* l. 3. de nat. Deorum, qui docuit græcos ἐμπρωτέρῳ *Diodor. Sicul.* lib. 1. Is phrasibus utitur ac verbis novissimis à veteri hellenismo abludentibus, ut sunt, ἀυθεντία, ἀρχοντική πρεσβυτέρα, ὑλότης, ἐσιότης &c. 3. ex descriptione ejusmodi circumstantiarum, quæ ad hunc auctorem manu quasi ducunt, ut cum auctor epistolæ ad Hebræos commendat discipulum Timotheum c. 13, 23. meminit vinculorum c. 10. 33. 4. ex testimonio tūm proprio, si scilicet auctor in aliis libris librum dubium agnoscat pro suo, e. g. cum Aristoteles l. 2. prior. anal. c. 19. & alibi pluries dicit, sicut in Topicis dictum est, hoc ipso se topicotum librorum fatetur auctorem. Tūm aliorum testium fide dignorum. Testis autem idoneus est, de cuius & scientiâ & conscientiâ sumus certi, qui nec possit errare cum fuerit vel Κύριον vel ex infallibili historiâ suum testimoniū hauserit: nec velit mentiri ob conscientiam ex ejus vitâ conspicuam. Eligendi tamen testes sunt antiquissimi, quos constat minus erroribus & calumniis fuisse deceptos,

178. IDEA BONI INTERPRETIS ET
 illa verò CRISIS est, id est *judicium Grammaticum
 de literaturâ* (corpore orationis,) *textus alicujus.*
 Quod ut utilissimum remedium est adversus cor-
 ruptionem, ita ab usui præ cæteris semper fuit ob-
 noxium, nostro cum primis seculo, quo ceu pestifero
fidere, surgentes litera nondum adultâ stirpe fermè exa-
ruerunt, ut conqueritur Euphormio l. i. satyr. p. 170.
 Afferendi itaque nobis sunt veri criseos usus aque
 vanis illis abusibus vindicandi. *Criseos usus est. i.*
Auctoris veri indiscativus. l. Ex titulo & inscriptione.
 Tamdiu enim vera est præsumtio de auctore ex
 inscripto nomine auctoris, quamdiu *Ad scripturæ*
probare non potest, e. g. Psalmi qui præter Da-
 videm aliis quoq; auctoribus ascribuntur, ut Af-
 sapho Coræ, Ethano Ezraitæ, sine dubio hos au-
 ctotes habent, cum contrarium aliunde demon-
 strari non possit; secus quam statuunt *Cassiodor. in*
Præf. Psalm. & August. l. 17. de C. D. c. 14. Adverten-
 dum tamen est, ex inscriptione tantum conclu-
 dendum esse affirmativè non negativè, quia non
 sequitur, hic liber non habet inscriptionem D.
 Pauli, E. non est à Paulo scriptus. Si enim hæc ar-
 gumentandi ratio foret justa tùm eadem ratione
 probari posset librum aliquè omninò nullum ha-
 bere auctorem. 2. *ex styli identitate.* Duplex est sty-
 li diversitas, alia secundum characterem dicendi,
 alia secundum temporis mutationem. Prior non
 est argumentativa quia Aristoteles nunc exoteri-
 co nunc acroamatico usus est stylo: Et Cicero
 nunc illustrem nunc humilem characterem adhi-
 buit. Nulla igitur est consequentia: stylus in Epi-
 stolâ

stolâ ad Hebræos est illustrior quàm in Paulinis aliis. Ergò Paulus illius epistolæ non est auctor. Posterior est efficax. Nam si quis auctor uteretur eò stylo quo barbari usi sunt in seculo octavo, nono decimo & seqq. nemo certè judicaret esse eum vel Hieronymū qui in quarto seculo vixit vel Lactantium vel alium aliquem purioris latinitatis patrem. Rectè itaq; subventanei fœtus damnavit Casaub. exerc. 1. ad appar. Baron. libros Mercurii Trismegisti quia Hermes auctor vetustissimus qui Aegyptiis leges & literas tradidit, teste Cicerone l. 3. de nat. Deorum, qui docuit græcos ἐπιλυδὸν Διόδωρ. Sicul. lib. 1. Is phrasibus utitur ac verbis novissimis à veteri hellenismo abludentibus, ut sunt, αὐθεντία, ἀρχοντικὴ πρεσβεία, ὑλόσις, ἐσιόσις &c. 3. ex descriptione ejusmodi circumstantiarum, quæ ad hunc auctorem manu quasi ducunt, ut cum auctor epistolæ ad Hebræos commendat discipulum Timotheum c. 13, 23. meminit vinculorum c. 10. 33. 4. ex testimonio tūm proprio, si scilicet auctor in aliis libris librum dubium agnoscat pro suo, e. g. cum Aristoteles l. 2. prior. anal. c. 19. & alibi pluries dicit, sicut in Topicis dictum est, hoc ipso se topicorum librorum fatetur auctorem. Tūm aliorum testium fide dignorum. Testis autem idoneus est, de cuius & scientiâ & conscientiâ sumus certi, qui nec possit errare cum fuerit vel Κύριον vel ex infallibili historiâ suam testimoniū hauserit: nec velit mentiri ob conscientiam ex ejus vitâ conspicuam. Eligendi tamen testes sunt antiquissimi, quos constat minus erroribus & calumniis fuisse deceptos,

§. 97. *Contra Auctorem Ἰδριγεῶν agnoscitur*
 1. *expugnâ cum aliis eiusdem auctoris locis.* Quod ut
 in divinis argumentum est certissimum, ubi con-
 tradictio verâ impossibilis est, ita in humanis ar-
 gumentum est probabile, cum omnis homo men-
 dax sit. Hęc ex loco libri Apocryphi à Theologis
 Orthodoxis arguuntur auctoritatis non Canoni-
 cæ: vix enim ullus est, in quò non vel sibi, vel Spi-
 ritui S. alibi loquenti sit auctor contrarius. Eo-
 dem argumento fretus *Hotoman. l. 1. amicab. resp.*
c. 1. negat epistolam Justiniani Imperatoris ad Jo-
 hannem Archiepiscopum Urbis Romæ, quæ ex-
 tat l. 8. C. de Sum. Trin. esse ipsius Justiniani, quod
 non concordet cum locis aliis lib. 7. C. de Summ.
 Trin. l. 16. tit. ejusd. cum Novellâ 131. & 123. 11. *ex*
linguâ Auctori inusitatâ. Sicut enim nemo crederet
 Ciceronem in vernaculam linguam conversum
 esse ipsum Ciceronem, cum constat Romæ eum
 in latiq & vixisse & scripsisse: Ita nemo libros V.
 Test. pro Canonicis habere debet, qui non scripti
 sunt linguâ Propheticâ, Hebræâ. Idem & illi ipsi
 Patrès qui Hebræum Matthæi Evangelium agno-
 verunt, græcam tamen versionem N. T. domesti-
 cam habetunt pro authenticâ. Meritò verò hic
 dubitari potest, *an ex paraphrasi vocis peregrinatin-*
guâ auctori originali cognosci queat? ex. gr. quia Mat-
 thæus græcus, exponit *Immanuel* verbis græcis
μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός, c. 1. v. 23. In Epistola ad Hebræos
 græcâ, Melchisedechum interpretatur Regem ju-
 stitiæ, & Regem Salem, Regem pacis; quæritur an
 ex istâ translatione demonstrari possit, hanc lin-
 guam

MALITIOSI CALVMNIATORIS. 181
quam interpretantem eiusmodi vocabula, primam
esse originalem? Videtur quod sic;

*Nulla lingua exponens seipsam, est lingua prima ac
originalis.*

*Hebraea lingua (quâ supponimus scriptum esse pri-
mo Epistolam ad Hebraeos) est lingua exponens
seipsam E.*

*Hebraea lingua (quâ supponimus scriptum esse pri-
mo Epistolam ad Hebraeos) non est lingua prima
ac originalis.*

Maiores probatur quia 1. nulla lingua interpreta-
tur seipsam: quia 2. contradictio est, originalem
esse linguam & simul transferentem ac interpre-
tantem. Minor probatur, quia græcus textus In-
terpres Hebræi, aut fidus fuit ac iustus aut infidus
ac sublestitus. Hoc dicere sit nefas; Ergo illud. Er-
go omnia expressit ut extiterunt, nihilq; addidit
de suo; refert autem textus græcus translationem
in Immanuel E. sicut ille græcè vocem Immanuel
exponit; ita textus hebræus exposuit hebraicè.
Hâc in controversiâ nos distinguimus inter expo-
sitionem Tautologicam & periphrasticam (Tav-
tologica est, cum quod intelligenti linguam ultrâ
occurrit, exponitur, e. g. si diceres in græcis θεός
μεθ' ἡμῶν, τὸν ἐστὶ μεθ' ἡμῶν μεθ' ἡμῶν θεός μεθ' ἡμῶν:
Periphrastica est, cum quod unâ dictione obscu-
rius dicitur, ita ut etiam eum fallere possit qui lin-
guam calleat, circumscribimus aliis verbis, ut sunt
multæ lexicographorum in eadem linguâ manentium
expositiones.) De priori maior vera est, de
posteriori falsa. Quia itaq; si textus hebræus expo-

182. **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 fuisset Immanuel, vel Melchisedech in suâ linguâ
 tautologiam commisisset (cum auditô hoc nomi-
 ne Immanuel ultrò Hebræo occurrit eius signifi-
 catio Deus nobiscum) idè ex eo rectè convinci-
 tur eam interpretationem non extitisse in Hebræo
 textu: nondū tamen conclusio obtinet quod vult:
 quia sine scelere Interpres Græcus potuit addere
 suam explicationem: cum ut infra monebimus,
 non ea lex sit paraphrastæ semper verbum redde-
 re verbo, sed sufficiat si sensum quàm potest evi-
 dentissimè exprimat. III. *ex stylo seculo illi in quò*
perhibetur auctor vixisse non consentaneo exem-
plum allegavimus in superiori Paragrapho. IV.
ex contradictione historiae & chronologia. Ex hoc fon-
 te agnoscitur *Ἰδδενιγγοια* Protevangeliū Jaco-
 bi minoris, in quò scribitur Mariam & Josephum
 consuluisse Ephod, illud scilicet de quò *Iosephus* te-
 statur l. 3. antiq. c. 19. quod defierit ducentis annis,
 antequam historiam suam illam commentatus
 fuerit cuius commentatio in vitam Christi inci-
 dit. V. *Ex testimonio cum proprio tum alieno:* Testimo-
 nium licet parum habeat momenti in argumen-
 tationibus, in historiis tamen plurimum valet. E.
 g. quod 22. solū sint libri Canonici testatur ex-
 pressè *Iosephus* lib. 1. contra Appion. Cuius hæc
 sunt verba *Infiniti apud nos libri non sunt discordan-*
tes: sed solummodo 22. quorum iuste fides admittitur.
Horum ergo quinque quidem sunt Mosis, qui natiuitates
continent: à morte verò Moseus usque ad Artaxerxem
Perfarum Regem, qui fuit post Xerxem Prophetæ suorum
temporū res gestas conscripserunt in tredecim libris:
 reli-

reliqui verò quatuor hymnos in Deum & vita humana præcepta noscuntur continere; ab Artaxerxe verò usque ad nostrum tempus singula quidem conscripta, non tamen priori simili fide sunt habita, eò quod non fuerit certa successio Prophetarum. Palàm namque est ipsis operibus, quemadmodum nos propriis literis credimus. Tanto secula jam præterito neque adiciere quicquam nec auferre nec transformare presumpsit. Taceo plurima alia testimonia quæ collegit & vindicavit Dn. D. Gerhardus in exegesi.

§. 98 *Secundus Criseos usus vera literatura ac interpunctionis ostensivus.* Cum enim abbreviatio & varia literarum figuratio, commatum etiam & colôn traiectio nubibus sæpe quibusdam involvat textum, operæ precium est Crisin ceu remedium adhibere. Literatura verò cognoscitur vix aliunde quàm à vivo Præceptore, quis enim absque huius ope legat prisca Monachorum scripta? Interpunctiones verò cognoscuntur ex præceptis Rhetorum de periodis, commatibus & colis. III. *Vsua est in restituendis locis omissis, ac spongiâ delatili emungendis locis aliunde adjectis.* Loci adjectio arguitur ex his & similibus indiciis 1. ex vetustissimorum exemplarium & si fieri potest manuscriptorum omissione 2. ex textus ἀνακολουθία sive incoherentia, 3. ex anomalia, si textus conferatur cum locis aliis 4. ex adjectione ad marginem 5. ex verisimilitudine, præsertim si iis in locis auctor fuerit editus aut impressus, in quo locus omissus est odiosus. 6. ex testimoniorum antiquissimorum defectu. Contra tot etiam modis sed contrariis

184 — IDEA BONI INTERPRETIS ET
vindicaretur aliquis textus, e.g. versiculus septimus
1. Johan. 5, 1. ex vetustissimorum exemplarium au-
thoritate, ut sunt codices græci ante Hieronymū,
qui vixit sub finem quarti seculi, videantur ejus
verba in prologo epistol. Canon. ad Eustochium:
deinde Codex Britannicus teste Erasmo in anno-

tat. 3. Codices quibus auctores editionis Complu-
tensis sunt usi 4. Codices Roberti, Stephani &
Arizmontani in opere regio II. ex textus *Κυριακή*

Quid enim sibi vult copulativa καὶ quā versum
octavum orditur D. Johannes? quid copulat si ni-
hil præcessit? III. ex analogiā cum aliis locis. Quod
enim hīc rotundā aliqua sententiā complectitur
B. Johannes, id alibi etiam sparsim docuit, utpote
1. Joh. 1, 1. & 14. Apocal. 19, 13. Joh. 5, 37. c. 3, 11. c. 8. 14.
& 17. Apocal. 1, 5. Johan. 1, 32. c. 15, 26. c. 10, 30. c. 16, 13.

IV. ex additionis aut omissionis improbilitate.
Suppositio enim illa adulterina facta est vel dolo,
vel casu. Si illud probabilius est ab Arianis fuisse
omissum, autera sum hunc locum, quā ab Atha-
nasianis adjectum, quia hi poterant suā *ἑστίν* aliis
argumentis æquē *διεφύλαττεν*, illis verò hic locus
tantum fecit negotii, ut nisi eum exsculperent,
nihil obtinere possent. Si hoc, credibilius iterum
est fuisse eum ommissum quā adjectum, quia casu
nihil facile adjicitur, omittitur autem facilius 5.
ex testimonio patrum & historicorum fide dignis-
simorum. Expressè enim testatur tripartita l. 12. c.
4. *παλαιὸς ἑρμηνεὺς* significasse, quod fuerint non-
nulli *ῥαδιουργήσαντες πρὸ θεοῦ καὶ τῶν ἰωάννου*. confer di-
sputationes *Dn. D. Gerhardi duas* quas hoc de loco
habuit.

habuit. Deinde Loci omissio probaturi. ex vetustissimorum exemplarium & manusciporum adjectione, 2. ex textus incohazrentia. 3. verisimilitudine de dolo aut casu 4. ex testimonio auctorum locupletissimorum.

§ 99. IV. *Vfus est variarum lectionum discretivus.* Hic demùm plurimùm sibi permittunt Critici, non Medici sed Medez recoquentes bonos auctores, & veru suo critico tantùm non interficientes. Ponimus itaque hïc aliquod generale præceptum descriptum ex Galeni 7. aphorism. 46. *Verba non sunt mutanda aut corrigenda propter obscuritatem sed propter falsitatem.* Id est, variaz cum occurrunt lectiones, omnes admitti debent tantisper, dum cum veritate consentiunt, nec contradictionis aut absurditatis auctorem arguunt, tùm enim instrumenta critica demùm fatiganda sunt. Placet hïc de re transcribere iudicium Dionysii Gothofra-
di in Prefatione ad Lectorem præmissâ operi Ciceroniano. *In variis lectionibus conquirendis & inculcandis minus fui sollicitus: qua plerunque leves & inanes nulli rei momentique: qua ad bene beateque vivendum parùm vel nihil: ut nec ad Principes & majorum gentium artes, Theologiam, Iurisprudenciam, Medicinam, & si qua similes conferunt: nisi forte quis putet summa hominis vel sapientia vel boni in his posita, an dilectum pro delectum, valitudinem pro valetudinem legere debeamus? cuius generis non pauca Lambiniana editioni ingesta, qua nihil, nec enim parùm dicam, ad sapientiam conferunt: quò in genere tamen qui versantur non docti modo, sed doctissimi passim haberi volunt: & quod*

peim à vulgo ita nominantur. Atqui hoc semper existimavi, magis ea nosse nos debere, quæ ad maiores pertinent: sive quæ homines in his terris: sive quæ patres familiæ ac pars familia in domo: sive quæ Civos in Republ. versamur: ut ne pueriliter in syllabis & literarum apicibus vitam hanc caducam, miseram & brevem teramus: sed ut potius bene ac sapienter vivere quam curiosè ac superstitionè loqui discamus. Hactenus Gothofredus. Cujus sententia hoc insuper argumento confirmatur

Ei solum rei mederi Crisis debet, cui soli est ac præcipuè destinata.

Soli scriptoris corruptioni est Crisis tanquam medicina destinata E.

Illi soli mederi debet.

Quid verò est corruptio textus? Scilicet inductio sententia menti scribentis contraria factâ symbolorum mutatione. Non damnamus omninò criticorum industriam nolentium vel in minimis falli, sed in tantâ vitæ brevitate ac artû longitudine negamus circa crustas & testas diu nos occupatos esse debere ob exiguum alimentum. *Quæ enim dementia est velle supervacua tractare in tantâ temporis inopiâ? inquit Seneca ep. 49. Sint curiosi quibus, vacat. Interpretè tamen nostrum in his herere nolumus: sed duobus solum casibus crisin deposcimus 1. cum sensus apertè falsus est & auctori contradictorius. 2. cum planè nullus. Non verò eandem exquirimus cum 1. sensus verus est. 2. cum adhuc aliquis, licet obscurus. Nullus est sensus in illo rescripto Theodosii l. 16. Codicis Theodosiani tit. de paganis sacrificiis*

ciis & templis. Quod ita se habet. Nullus omnino hominum, in nullo penitus loco, simulacris sensu carentibus vel infontem victimam cadat, vel secretiore piaculo larem ignem erogenium, penates odore veneratus accendat, lumina imponat, thura fersa suspendat. Quid sibi vult larem ignem erogenium? nullus certè sensus, immo ægrorum somnia! Mirùm quod Baronius cætera industrius hunc locum non emendatum in annales suos transtulerit? p. 392. §. 26. Deinde absurdum, contradictorium ac falsus sensus est in locis sequentibus Joh. 7, 39. nondum enim erat Sp. S. & Cor. 15, 51. Omnes quidem dormiemus, sed non omnes immutabimur quod pugnat non solum cum alio Pauli loco 1. Thessal. 4, 16. sed etiam cum symbolo Apostolico, in quo Christus dicitur Judex vivorum: quomodo verò vivorum, si omnes sunt morituri? Tum sensus ALIQUIS, sed ob lectionum diversitatem incertus est his locis Gen. 47, 31. conversus ad lectuli caput vel conversus ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς παλάδος ad extremitatem virgæ. Matth. 11, 23. Et tu Capernaum quæ es usque ad cælum exaltata usque ad inferos detraheris vel, καὶ σὺ Καπερναὺμ, μὴ ἦς τὸ ὑψυθὲν ὑψωθήσῃ, ἐὼς ἀδὴν καταθήσῃ. In Cicerone duplex lectio est illius loci

Cedant arma roge concedat laurea laudi

Cedant arma roge concedat laurea linguæ.

Prior lectio placet Fulvio Ursino & Fr. Polleto: Posterior Sallustio in *invektivâ*, Quintiliano l. 11. cap. 1. & Plutarcho in *vitâ Ciceronis*. In l. 8. ep. fam. 5. nonnulli sic legunt verba cæli

Sanè tanquam in filice omnia adhaeserunt.

Carnibus verò l. 12. adv. c. 17.

Sanè tanquam in cilicio quodam omnia adhaeserunt &c.

In postremis locis existimò frustra Crisin adhiberi, cum sensus sibi semper constet, & recipi tam hic quàm ille sine scelere queat. In casibus verò superioribus Crisi tanquam medicina fructuosè imploratur: quod fit consulendo. 1. *Manuscripta* vetustissima, & *monumenta* si haberi possunt prisca, *exemplaria* etiàm antiquissima. 2. *reliqua* interpretandi media, ut sunt *relatio ad analogiam*, ἰσότης τῆς ἑρωτηθείας ἢ γενεῶν & *antecedentium & consequentium consideratio*, *historia* &c. 3. attendendo *regulam* illam Erasmi. Quando veteres fatentur *lectionem esse diversam*, semper *suspectior est*, qua primâ specie videtur *absurdior*. Hæc hujusmodi qui considerabit, is intelliget. 1. in loco Theodosii hunc esse sensum, *vel infontem victimam cadat, vel secretiore piaculo larem igne, mero genium penates odore veneratus accendat &c.* 2. Johan. 7, 39. rectius sic legi ex nonnullis codicibus ἔτι γὰρ κὺ πνεῦμα ἄγιον ἐπ' αὐτὸς δεδόμενον. 1. Cor. 15, 51. tutiorem hanc esse lectionem πάντες μὲν ἕκοιμην σόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα. Atque hæc etiàm de Crisi!

ARTICULUS XIII.

De octavo Interpretandi medio, antecedentium & consequentium Scrutinio.

§. 100. Tametsi verissimum id omnes sapientes hæctenus judicaverunt, quod de suo objecto JCu asseve-

asseverant, *Incivile esse de verbis quibusdam legi velle judicare, non inspectâ lege totâ*: tamen hoc medium è censu ac loco suo exturbare non est veritus *Stapletonus*, qui in illud Scripturis sacris fallax esse his conatur argumentis astruere quia 1. cõtextus scripturæ non est una continua oratio vel demonstratio methodica sed in eodem contextu mystica, historica & tropologica commiscentur: quia 2. ordo dicendi sæpè est interruptus, aliquando præposterus & frequens est saltus ab unâ materia in aliam: quia 3. in una eademq; sententiâ aliqua dicuntur propriè alia impropriè. Sed ab his procellis nostra nondum frangitur ratis. Nam prima ratio nulla est, quia commixtio mysticorum historicorum & tropologicorum sensuum non impedit antecedentium & consequentium scrutinium sed potius exercet quia 2. ordo dicendi ubi nullus est, utpote in aphoristicâ tractatione, ibi fatemur hoc medium non multum subsidii adferre e. g. in proverbii Salomonis. quia 3. sæpe ipsa antecedentium & consequentium consideratio ostendit quis sensus sit proprius quis tropicus? e. g. quid sibi velit apud *Ciceronem* allegoricum illud Proverbium l. 2. ep. ad Att. 19. *ἄρα δὲ λέων, ὀπίθην δὲ* &c. Consequentia abundè declarant. Ita, inquit *Cicero*, *deplorat primis versibus mansionem suam ut quemvis movere possit: ita rursus remittit, ut me roget, ut Annales suos emendem ac edam.*

§. 101. Ut verò planè constet quæ huius medii sint utilitates, nonnullas allegabimus ut simul ostendatur modus hoc medium tractandi. *Vsu* 1. èst

termi-

196 IDEA BONI INTERPRETIS ET
termini simplicis significativus Ela. 7, 15. controverti-
tur *אלמה* Alma *sine status an. etatis nomen*; h. est. si-
gnificetne virginem innuptam an mulierem ju-
venculam? pritis Christiani statuunt, postorius
Judæi. Sed verum sensum prodit argumentum ex
antecedentibus de promptum tale

- *Ea intelligitur Alma, quam parere miraculosum est*
- *Muliozem juvenulam parere miraculosum non est.*

Ergo

Mulier juvenula per vocem Alma non intelligitur.

Major probatur, quia in præcedentibus dicitur
virginis puerperium fore signum aliquod peculia-
re: I I. *Limitativus*, Omnia per ipsum facta sunt Jo-
han. 1, 1. hoc ne quis accipiat de peccato, ided se-
quitur. Quæ facta sunt. Peccatum autem non est
in numero factorum, cum sit privatio: I I I. *limita-
tionis inepta refutativus*. Pontificii nonnulli lo-
cum illustrem Rom. 3. quod homo justificetur ex
fide non ex operibus, interpretantur de operibus
ceremonialibus. Sed facile eos refellit anteceden-
tium consideratio. Nam

- *Ejus legis opera à justificatione excluduntur, cujus ne-
glectæ totus mundus accusatur. Rom. 3, 19.*
- *Neglectæ legis ceremonialis non accusatur totus mun-
dus Ergo &c.*

È profanis auctoribus simile exemplum præbet
Aristoteles l. 1. *œtj êpμ.* c. 10. juxta Pacii sectionem.
Cujus hæc sunt verba de futuris contingentibus.
*In iis qua nunc sunt aut præterierunt, necesse est aut af-
firmationem aut negationem determinatè esse veram.*

In fin-

In singularibus autem & futuris non item. Negat hic Aristoteles futurorum contingentium præscientiam. Conciliare cum Christiana religione (in quâ tot præscientie futurorum sunt testes, quot Prophetæ, ut loquitur Tertull. l. 2. *contr. Marcion.*) hunc locum conati sunt nonnulli, usi hâc limitatione; loqui videlicet Aristotelem de præscientiâ solum in respectu ad Intellectum finitum & creatum, qui futurorum contingentium veritatem vel experientiâ teste penetrare & clarè intueri nequeat. Sed limitationem hanc falsitatis convincit ratio in consequentibus posita. Si enim, enim Aristoteles; *futura contingentia sunt determinatè vera: necesse erit ex omni aternitate vel affirmationem vel negationem veram aut falsam fuisse: nihil igitur evenit ut-que sit fortè, temerè & casu, sed ex necessitate omnia fiunt, quacunque fiunt &c.* Argumentum Aristotelis, in formâ hoc est,

Id, quo stante sequitur omnes eventus esse necessarios, non est.

Assumo. *Sed præscientia etiam futurorum contingentium divina, est id, quo stante sequitur omnes eventus esse necessarios. Id quod tantò est verius, quantò in præscientiâ divinâ major est infallibilitas. Ergò*

Præscientia etiam divina de futuris contingentibus secundum Aristotelem nulla est, onep e d s d e i ca.

IV. Illustrativus per opposita. Hic enim quoq; verum est, contraria inter se posita se magis illustrare, ex. gr. Aristoteles l. 12. *Métaph* c. 3. t. 16. scribit formam semper simul esse cum materiâ. Hoc nonnulli (qui

192 IDEA BONI INTERPRETIS ET
(qui animas immediatè à Deo prius creari quam
immittantur in corpus) exposuerunt de formà
(non secundum entitatem absolutam, sed) relati-
vè acceptà, quod scilicet forma quatenus formà
ἐκείνη considerata semper sit simul cum materià.
Sed versiculi præcedentis lectio contrarium do-
get. Ex eo enim concludimus

*· Eo modo simul est forma cum materià, quò causa ef-
ficiens ante existit, vi oppositionis.*

*Sed secundum entitatem absolutam causa efficiens an-
te existit, non relatam (sunt enim relata naturà
simul) Ergò*

*Secundum entitatem absolutam etiam forma semper
simul est cum materià.*

V. Loci debiti assignativus, h. e. ostensivus ad subje-
ctum aliquid pertineat an prædicatum? e. g. Ari-
stoteles iterum l. categ. c. de qualit. sic scribit, *dispo-
sitiones facile commutari celeriterque evelli possunt &
distrahi ut Calor & frigus, &c.* Exemplum hoc alia
ad subjectum retulerunt, & statuerunt calorem
& frigus esse dispositiones alii ad prædicatum, &
existimarunt ab Aristotele hæc exempla allegari,
non tanquam exempla dispositionis sed velut ex-
empla *πῶς ἐκείνης* facilis mutationis. Illi priores
laboriosè disputarunt quâ ratione calor & fri-
gus ad dispositionem simul & qualitatem patibili-
lem referri queant? Omnia frustra & in cassum!
Perpendissent enim consequentia & intellexis-
sent, ad prædicatum hæc exempla pertinere, nec
esse, ut dixi, *διὰ τὴν φύσιν* sed *ἐκείνης* exempla. Nam
& *hic* inquit, *πῶς quodammodo afficitur & celeriter ex-
calore*

calore in frigus mutatur, id est, Calor & frigus revera quidem dispositiones non sunt, in hoc tamen dispositionibus sunt similes, quod facile possint mutari. Hi usus huius octavi medii se obtulerunt, non tamen dubitamus quin sint alii plurimi. Ex illis vero enumeratis tale prodit argumentum.

Quicquid facit ad termini significationem intelligendam: limitationem veram inveniendam: falsam refellendam illustrat per oppositorum juxta positionem: omnia denique in debito suo constituit loco, id est medium interpretationi necessarium.

Atqui scrutinium antecedentium & consequentium eiusmodi est. Ergo &c.

ARTICULUS XIV.

De nono, decimo ac undecimo interpretandi medio videlicet eurythia deductione ad absurdum & Commentariis.

§. 104. Tria adhuc sequuntur interpretandi media quae unico nos articulo complectemur. Quorum primum est, ordine vero nonum eurythiae ordinis inventio.



Prima: *Σύζα* proponit divisionem ordinis in discretum & continuum. Discretus est in Unius auctoris diversis scriptis ac libris; & is vel harmonicus est, qualis ordo est in libris quatuor Evangelistarum: vel sine harmoniâ in quo nec res & argumenta nec forma tractandi coherent. In hoc ordine quaeritur *quoniam liber, aut quae libri membra prius legenda?* Respondeo I. Si libri non sunt harmonici, prius legendi sunt generaliores ac notiores. Generaliores quidem, quia ea ordinis lex est, ut Universalia praemittantur particularibus, cum alioquin essemus *πολλὰς τὰς τούτο* dicturi libr. 1. de part. anim. c. 4. confer l. 1. Phys. c. 1. l. 2. de gen. & Cor. c. 9. t. 51. l. 3. Phys. t. 2. Notiores deinde quia naturæ hæc via est progredi à facillioribus. Legendi itaq; prius fuerint libri Physici generales *ὡς φυσικῆς ἀρχαίας* quàm libri de cælo & c. deinde in Sacris praemittendum | N. T. veteri, quia quod hîc latet illic patet. Praeponendi libri historici dogmaticis: ex illis enim horum scopus cognoscitur: ex gr. acta Apostolica epistola Paulinis, historia Regum, Prophetæ Esaiæ & c. II. Si libri sunt harmonici tùm nullus liber totus praemittendus toti, sed membra membris jungenda, & ordo ex jugi, accuratâ & sedulâ lectione colligendus est: quod fit 1. per divisionem historiarum universarum in certa tempora, e. g. historiarum Evangelicarum in quinque Paschata, totidem enim fit in eâ mentio, ad eum modum quo Thucydides bellum Peloponnesiacum per æstates & hyemes descripsit. 2. per relationem historiarum ad illa tempora, e. g. primum Pascha fuit Joh 5, 1. histo-

historiæ interjectæ huius Paschalis intervalli fuerunt historiæ. 3. per collationem locorum parallelorum ad hoc tempus pertinentium, quam vel argumenti similitudo patefaciet, maximè verò assidua.

§. 103. *Alexa. Co. 171a* ob oculos constituit divisionem ordinis continui in ordinem rerum ac orationis. Et rerum vel indicati, vel occultati vel aphoristici. Ordo continuus est in Uno eodemque auctoris scripto: isque vel indicatus si auctor ipse in præfatione vel in alio loco significavit, hoc se ordine hunc librum esse per texturum sicut Aristoteles non obscure significavit ordinis analytici rationem se esse secuturum in Ethicis l. 1. c. 2. Vel occultatus si ejus rei neque volam deprehendas neque vestigium. Vel aphoristicus, cum ordo revera nullus est, sed datâ operâ, ut quæque se obtulerunt, fuerunt in chartam conjecta. De singulis his hæ sunt conclusiones. 1. Ordo indicatus sequendus ac omni studio evolendus est, ad eum modum, quò exemplo id declaravimus sect. 2. art. 6. §. 40. toto. 2. occultatus superstitionè non est inquirendus præsertim si difficultatem Interpretationi nullam impoitet, sique ex cæteris interpretandi mediis obscuritatum tenebræ dispelli possint: secus continget quædam *idia. ἐπιλυσίς*. Tametsi conatus Interpretum & conjecturas non improbemus: videas enim plures qui Interpretationem omnem ad certos locos redigant, nunc raro etiam ad locos communes topicos: alios qui ordines istos vulgares auctori tribuant analyticum &

196 IDEA BONI INTERPRETIS ET
syntheticum. Quemadmodum non malè, Du. D.
Gesnerus p. m. in Psalm. Davidicis ordinem quendam
analyticum non tantum inquisivit, sed prope
invenit. 3. Aphoristicus ordo, qualis est in lib. Pro-
verbiorum etiam superstitiosè non est rimandus
cum quà talis, ordinem nullum habeat; nec inter-
pretationem impedire possit: In eiusmodi enim
congeriè, quævis sententia in stat libere est. Neque
tamen hîc prohibemus locos communes. Confer
Flacium part. 2. clay. p. 76. 4. Denique confusio
orationis in ordinem redigitur per observatio-
nem ordinis in construendo, de quo diligentissi-
mè actum est in Syntaxi, Latinâ Golii nuper de-
monstratâ, An. M. DC. XXIX. in fine.

§. 104. Decimum interpretandi medium est
deductio ad absurdum. Cum videlicet unius loci
ex eventu duo sunt sensus, ille non est intentus
qui invehit absurditatem: intentus autem est qui
absurdus non est, e. gr. Gen. 4, 7. secundum ver-
sionem latinam, dicit Dominus ad Cain, *sub te erit
appetitus tuus*. Hoc intelligi dupliciter potest, vel
indicativè, quasi Deus indicet quid de facto sit ac
tenere futurum? vel imperativè quasi jubeat quid
fieri debeat? Prior sensus favet libero arbitrio in
spiritualibus: posterior minimè: cum à præcepto
ad posse non valeat consequentia. Quod verò
prior sensus non sit intentus, patet ex deductione
ad incommodum, sequeretur enim Deum in suâ
prophetiâ posse falli; Nemo enim Caino minus
suorum appetitum fuit Dominus. Luc. 7, 47 Re-
mittuntur ei peccata multa quia dilexit multum,
cui

cui autem minus dimittitur, minus diligit. Pontificij sic intelligunt, quod dilectio dispositiva sit mensura remissionis peccatorum. Nos per multorum remissionem intelligimus omnia (quia cui à Deo peccata remittuntur ei non alia sine alijs sed omnia in solidum condonantur) per paucorum nulla. Sed dimittitur prior sensus, quia absurdus est. Nam ponamus duos adhuc justificandos. Unus commiserit multa delicta, parùm tamen diligit; alter perpetrarit pauca, multum tamen diligit. Quæro, an huic, quia multum diligit multa remittantur peccata, at quomodo multa, si pauca solum perpetravit? an illi quia parùm diligit pauca peccata remittuntur? at quomodo pauca, si multa commisit? Cæterùm profanum quoque adducamus exemplum Aristoteles lib. 1. Rhet. c. 2. tradit, Enchymema constare ἐξ εἰκότων καὶ ἀκριβείων ex verisimilibus & signis. Duplex est explicatio τῶν εἰκότων, Quintilian. 1. 5. c. 9. per εἰκότα intelligit signa non necessaria. Corn. Martin. 1. 3. com. advers. Ramum c. 15. intelligit (non signa probabilia, sed) sententias probabiles, qualis est, quisquis invidet odit. Prior sensus quia absurdus est idem deseritur. Nam Aristoteles εἰκότα à signis distinguit, & signa postea dispescit in ταχυέσια signa necessaria, & ἀκριβεία (speciali vocabulo) probabilia, si nunc vera esset sententia Fabii, sequeretur subdivisionem eandem esse cum divisione principali, tanquam dicas, signa vel sunt necessaria vel non necessaria: illa rursus duplacia necessaria & non necessaria. Hæc absurda esse intelligunt, qui vel ollas lippiunt.

§. 105. Undecimum ac postremum Interpretandi medium & obscuritatis remedium sunt COMMENTARII Interpretum aliorum. Hos nec primo loco esse legendos nec solos adhibendos ad Interpretationem, inde constat, quia per alienos oculos nos docent intueri textum, hoc verò esse absurdissimum, demonstravimus in sect. 2. artic. 3. §. 26. quia deinde in diversas scinduntur opiniones, ut qui hos unice vellet sequi, aut nihil aut contradictoria sit crediturus. Non verò omninò esse insuper habendos monet. I. Scriptura sacra I. Cor. 12, 10, & II. & I. Thess. 5, 20. 2. ratio, quia magni sit supercilii & arrogantia nihil aliorum velle tribuere laboribus. In postremum autem locum eosdem esse rejiciendos inde patet, quod de his ipsis Interpretes judicare debeat textum ne exposuerint rectè, num calumniosè detorserint? Unde verò hoc judicium nisi ex mediis interpretandi prioribus? Unde enim judicabis commentarium, si in interpretatione hic primas habuerit? Illa itaque Commentatoris sententia fuerit semper amplectenda, quæ mediis interpretandi consentiet; quæ ab his abibit, ab Interprete quoque deseretur.

ARTICULUS XV.

De Complementa bona interpretationis paraphrasi.

§. 106. Complementum interpretationis per hæcenus enumerata media inquisita, est paraphrasis, quæ verbis lucidioribus & oratione clariori exponit orationem auctoris obscuram & si-
mul

mul memoriam mirificè juvat atque confirmat.
 Quæ quot modis institui debeat aut possit? ele-
 gantè docuit Anton. Lullius l. 4. de Orat. c. 16. Il-
 lud solùm in præsentì discutiemus, An Interpreti
 liceat textum quoad verba mutare, eique aliquid
 addere, salvo tamen sensu? occasionem huic qua-
 stioni dedit controversia tot clamoribus agitata
 de interjectâ à B. Luthero particulâ *Allein* Rom. 3,
 28. quâ sicut Patres per *ἀλλοιούτε* terminum scriptu-
 ras exposuerunt, tanquam tessera orthodoxam
 sententiam sequestrare voluit ab erronè. Hâc de
 audaciâ admonitus, Lutherus, verba sunt Becani-
 c. 2. de justif. q. 6. nihil aliud quàm hoc dedit re-
 sponsi, sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas.
 Summam verò Luthero fieri injuriam probatur
 ab officio Interpretis, cujus non est reddere ver-
 bum verbo, sed sensum sensui adæquare: cum
 prius sit interpretis indifferens teste Cicerone l. 3. de
 fin. n. 14. 2. à conditione linguarum, quæ seorsidem
 omnes agnoscerent idiotissimos facile esset in lin-
 gâ manere, quia verò variant idiotismi ideo e. g. 1.
 de *εὐκ* cum conjunctionis *Ἠπιφιλ* Græci debuerunt
 compensare per præpositiones verbis interpositas
 ut, cum *ἐλπίς*, sperare, *ἐπιτίθει*: suffragium ferre
 significet, *ἐπιελπίσει* idem sit quod facere ut ali-
 quis speret, *ἐπιτίθει* mittere in suffragium. Cum
 ad solutius apud Germanos sit, *Was habt ihr für
 ein Schaden daran*, idèd Matth. 9, 46. pro *τινα μὲν ἔχει-
 ται*, *Was hat ihr sonstliches?* Item, *Ue quid perditio
 isthæc unguenti facta est* Marc. pro *Warumb ist
 diese Verlierung der Salben geschehen*, utique signifi-

300 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 cantius dicitur; Waszu soll dieser Irrath? Confes-
 ipsam Lutheri Apologiam tom. 5. Jen. germ. con-
 suetudine omnium Interpretum 1. *Septuaginta* Deut.
 6, 13. Gen. 3, 11, 2. *Syrj* Rom. 4, 9. 3. *Latini* Lev. 21, 2,
 Deut. 6, 13, C. 12, 32. C. 22, 27. 1. *Sam.* 10, 19. *Job.* 17, 1.
Cant. 8, 1. *Jer.* 17, 4. *Dan.* 11, 4. *Zach.* 8, 19, 4. *Itali* in
 bibliis Italicis Venetiis An- 1546 excusis. Ma solo
 par la fede. 5. *Germanici* in Bibliis Germanicis con-
 fluentia à Dn. D. Mentzero vius, eodem teste in
 Exeg. Conf. Aug. art. 4. Allein durch den Glauben
 ohn die Werk der Ghe. In quibus locis omnibus em-
 phasē gratia interponitur vox sola. Si nihil li-
 cuisset mutare Nonno paraphrastæ doctissimo,
 in multis nobis tanquam muscæ in pice haren-
 dum esset? Quid enim vult *Job.* 8, 26. τὴν ἀρχὴν ὅτι ἐξ
 ἀρχῆς ὁμῶν? Perspicue, si alius, ad exponit Nonnus

Τίς σὺ πέλας; ὁ χροὸς ἀπὸ λαχῆ, ὅτι περὶ ὑμῶν
 ἐξ ἀρχῆς ἀείρεται.

Quis tu es? de Christus respondit, quod vobis ab
 initio dixi, id est, Filius Dei, quod hactenus tamen
 dixi tamen factis demonstravi. In sequenti capite
 9, v. 1. τὸ τυφλὸν ἐκ γενεῆς, clarissime reddit Non-
 nus hoc modo:

ἀχάχαλον ἐπαπλω
 ἢ ὅστις ἐκ τῆς γενεῆς.

significans non habuisse hunc cœcum oculorum
 vitia, nec Christum oculos aperuisse sed novos
 ē luto sinxisse, ut secundum humanitatem
 etiam fuerit creator. Hactenus lectio
 tertia de paroptima.

PAR.

PARTIS SECUNDÆ SECTIONIS PRIMÆ ARTICULUS I.

*De tribus, Obiecti Hermenevtici, Orationis
expōnibilis, speciebus.*

§ 1. **P**ostquam Aristoteles libris octo *ἀπορίων* complexus est affectiones & principia corporis naturalis in genere, tūm ad species quoque sibi descendendum esse in libris sequentibus ad Cælum videlicet, elementa & c. rectissime arbitratus est. Idem nobis quoq; faciendum: migrandum scilicet ad species orationis in genere, harum enim ut speciales sunt affectiones, ita specialia etiam media sunt obscuritatis dispulsiva: subiiciemus itaq; primo cœu in tabellâ. Omnes orationis, quod ad interpretandi rationem attinet species: deinde singulis sigillatim explicandis media præscribemus.

Omnia oratio expōnibilis vel est	Grammatica	{	dogmatica ac philosophica,
			historica, præceptiva. vulgata & plebeia.
	Oratoria	{	figurata { mirra, { tropica.
solida { vel { figurata.			
Prophecia	{	apocalypica.	
		Typica.	

N §

De

De singulis his orationibus impoſterum ſingula monebimus. Et cum hoc generale ſit, orationes non logicas ab Interpretate converſendas eſſe in logicas, idem & in ſpecie orationem converſionis & ſpeciales in ſuper exponendi modos producemus.

ARTICULUS II.

De Orationibus Grammaticis & ſpecialibus earundem exponendi artificio.

§. 2. Orationes Grammaticas dico quæ præter indicans animi ſenſa, non prædicunt veritatem, nec affectu addunt, nec denique immediate ſunt aptæ ad ſyllogiſmum atque judicium veritatis de promodum. Quatuor verò ſunt ejuſmodi orationes 1. Dogmaticæ ac Philoſophicæ, cum ſcilicet nudè veritas docetur abſque oratorio verborum mangonio. Harum I. converſio ad orationes logicas per refectionem eorum quæ ſepe ad prædicandum uſo quæſus Ariſtoteles ſunt adjecta. Ad diſputationem verò evolvendam requiritur 1. inventio quæſtionis 2. mediæ terminorum 3. conſtructio ſyllogiſmorum expreſſorum 4. modorum reſpondendi ad ſententiam contrariam indagatio. In Univerſum verò exigitur analyſis logica, quam totam docuimus in ſuperiori ideâ, hujuſ ſortis præcipuè verum exemplum poſuimus pag. 18. & 7. horum lectorum ablego. II. Earundem ſpecialis expoſitio conſiſtit præcipue in tribus. 1. lectione vitæ auctoris, argumetorum libri, præſationis ut ex his ſpeciale ſcopum intelligat. 2. in ejuſdem auctoris librorum facileſt in anticipationem, ut eius

te stylo alluefacias, in præcognitione illius disciplinæ: è quâ auctor exempla petiit, ut è Mathesi Aristoteles, confer superioris p. 31. & seq. idem.

§. 3. Historica Oratio vel nudè narrat, vel addit explanationem & rationes facti. Si prius vix differt à logicâ, si posterius enthymema plerumque est adeoq; eo modo reducenda ut oratio dogmatica. Peculiaris verò observatio est, ne historias legere aggrediaris non prætermittendâ doctrinâ Geographicâ. In multis enim ei hærendum est, qui situs locorum, regionum, fluminum, tanquam hospes contemplatur, immò ne contempletur quidem, sed sæpe nominibus locorum à legendo absterretur. Sint igitur semper ad manus mappæ geographicæ, quarum radii textum illuminent.

§. 4. Præceptiva Oratio lex est, quæ jubet non suadet, ideoq; brevis est, & sæpe quò brevior hoc obscurior. De quâ, è sapientia testantur Rabularum cavillare quàm cavere doctiorum crumenimulga fabricæ, & aliorum qui ut loquitur Seneca l. 6. de benef. c. 5. argutas tractant ineptias. Cavillatamen propriè sunt non leges expositione dignæ quæ tyrannicè obscuritatem affectant. Cujusmodi leges sancivit teste Suetonio, Caligula, minutissimis literis scriptas, ne legi. angustissimo loco appensas, ne in notitiam omnium venire possent. Converso ad orationem Logicam fit commodè per inquisitionem subjecti & prædicati. Subiectum semper est id Cui lex est posita, prædicatum ipsa lex e. g. Ne occidas, id est Nullus homo debet homicidium perpetrare. Speciales regulæ in legis ex-

posi.

104 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 positione attendendæ hæc sunt! *Legu semper scopu*
& ratio indagentur. Scopus ex historiâ coævâ, quæ
 occasionem legis datæ monstrabit, ac inde ad sen-
 sam faciliorem præbebit aditum: Ratio petitur
 ex primis Philosophiæ fontibus: qui si nihil ad
 legum interpretationem faciant, ut *μεισοφου* no-
 stri existimant, qui malunt esse nucleum quàm
 frangere nucem: peto ut his in quæstionibus in-
 genium suum exerceant, è quibus si certo pede
 eluctabuntur concedam Philosophiam nugas do-
 cere 1. Quomodo in pœnarum irrogatione *α-
 ερωλη* locum non habeat, stante lege 10. ff. de
 pœnis? Ex quibus causis liber homo fustibus cæ-
 ditur, ex iis servum flagellis cædendum esse. Quo-
 modo intelligenda lex Pittaci, delinquentem ex
 ebrietate dupliciter puniendum? Cum leges in
 pœnis infligendis æquitatē requirant & pruden-
 tiam, quis affirmabit pejusne peccent illi Mono-
 machi qui noctu congregiuntur, an qui mane?
 qui cum formosâ an deformi rem habet? qui se-
 mel furatus est centum stoteyros, eo qui aliquot
 vicibus solos quinquaginta abstulit? 4. Cum cog-
 itationis pœnam nemo patiatur quomodo vo-
 luntas maleficia distinguat: 1, qui iniuriæ 53. ff. de
 fart. 5. Cur, si metu coactus stipulanti Titio pro-
 misisti quod non debuetas promittere, Jure civili
 obligatus sis, & actio quæ intenditur dare te oport-
 ere sit efficax: institut. de except. in princ. cum ta-
 men transactiones per potentiam exorta infir-
 mandæ sint l. ult. c. de his quæ vi? 6. Cur inhabilis
 sit ad testamentum condendum prodigus, non
 item

Item Avarus? 7. An licitum sit dare pharmacum ad faciendum abortum si fœtus nondum sit animatus? 8. Te Judice Evathlus an Protagoras vicit apud Gellium l. 5. noct. c. 10. ut nihil dicam de contractibus conditionatis, de *αιμαλοδιειδς*, de superfœtatione, de *δουμιαία*, Virginitatis & contraversis legalibus infinitis aliis. Audio verò hîc obiici 1. leges esse instar omnis rationis, nec de legibus sed ex legibus disputandum esse 2. ipsis legibus sæpe rationes esse annexas ut Philosophiæ hîc nihil debeat 3. immò naturale iudicium sufficere 4. te studiorum uti posse communicatione 5. nimium temporis in his subsidiis & sternenda scientiarum viâ amitti. Resp. ad 1. de legibus tanquam principiis fatemur non esse disputandum cum non omnium quæ à veteribus constituta sunt, possit reddi ratio: interim tamen experientiâ restatur de legum sensu digladiandum esse. Unde verò hîc deprimendus nisi ex eo principio ex quo leges sunt conflatae? Ex eo enim omnia cognoscuntur ex quo sunt orta, cum causa naturâ sit notior effectu. Esse verò leges ortas à ratione rectâ ac prudentiâ legislatoris quis dubitabit? Tribus igitur casibus rationis imploranda opera est 1. in sensu legum enodando. 2. in analogiâ querendâ, cum lex tacet ibi ex eadem legis ratione simile exemplum deciditur e.g. lex divina non dicit in decalogo Magistratum esse honorandum, quia tamen ratio de honorandis parentibus universalis est & pro Magistratu etiam militat, idèd ex istâ ratione ego sensum evolvo hoc modo.

Qui-

perque in dubio hærere? Computemus agi dispen-
 di tempora: et per quinquennium calefeceris sub-
 fellia juridica, accesseris ad illa sine nostris sub-
 diis: ego quatuor annos dederim Philosophiæ &
 interpretandi subsidis (quod, maxime si fidelem
 mecum sum Praeceptorem, facile est factu) quintum
 annum lectibni corporis juris impenderim. Tum
 contendemus inter nos: judicent arbitri annon
 ego te in responsionibus juris sum longo post me
 intervallo relicurus: dum tibi in Commentariis
 tuis non immorandum sed immoriendum sit?
 Hæc *en rapōd.*

*§. 5. II. In lege exponenda præcipuè subjectum legit,
 sive id, sublex lata est, voluatur.* Non enim leges po-
 nuntur i. bestiis quia ei solum creaturæ lex fertur
 quæ potest vel virtuosè vel vitiosè agere, ne vitio-
 sè agat: quæcunque ob actionem vel laudem vel
 vituperium meretur. At bestiarum actiones i. non
 sunt libere sed necessariz positæ omnibus ad
 agendum requisitis: 2. nec laudem nec vituperium
 merentur. Reprehende enim sis in (corpore ve-
 nenum, & cave ne Deum ipsum istius veneni au-
 ctorem in crimem voces. Porro leges forenses V. T.
 non datæ toti mundi Universitati, sed Dei solum
 quasi aulicis, Judæis, inter quos ipse habitavit &
 focum & ignem aluit. III. *In predicato legis discerna-
 tur actus mor. sive à naturali.* Actus naturalis dicitur
 e. g. hominis interfectio. Sed cum à carnifice, vel
 ab ignorante homo interficitur non est moraliter
 homicidium: quia si ab illo, vitiosum non est: si
 ab hoc, à voluntate non proficiscitur. Virgines
 quæ-

IDEA BONI INTERPRETIS ET
 que in primitivâ Ecclesiâ naturaliter passæ sunt
 stuprô, ne cogerentur ad Ethnicam idolomaniam
 relabi, moraliter minime scortata sunt quia invi-
 te. - Prodigus in testamento condendo, & Eunu-
 chus in contrahendo matrimonio, omnes solen-
 nitates adhibuerunt. Sed neuter actus est mora-
 liter talis, imò *id est* vicio laborat, quia sub-
 jectum tali actui idoneum non fuit. Hinc natum
 est proverbium: Duo cum faciunt idem non est
 idem! Lege solum actus moralis prohibetur, non
 naturalis. IV. Inter Leges quæ æternæ legi magis
 est consentanea. Cum *primum* in uno quovis ge-
 nere sit mensura reliquorum. Specialissimæ
 JCTORum in explicatione legum observationes
 petantur ex iisdem, Nos properamus ad alia.

§. 6. Superfunt orationes vulgares & plebeias,
 quas inter se miscent Cæsa & Titia in foro; in
 Tonstrinâ Sempronius & Titius. De his, qui ve-
 rent ne sordidum sit talia commentari, nullas pe-
 ciliare observationes annotamus. Et cur tudicu-
 lam nimis diligenter expoliamus?

SECTIONIS SECUNDÆ DE ORATIONIBUS ORATORIIS.

ARTICULUS I.

De Orationibus Poëticis.

§. 7. Oratio vel soluta est vel ligata. Otationes
 ligata & Poëticae difficillimam habent explica-
 tio-

tionem. Nosse autem difficultatum fontes est eas posse enucleare. Sunt illi vel communes de quibus part. 1. sect. 2. totâ jam dum est actum: vel proprii tres potissimum 1. luxuries quædam & profusio troporum ac figurarum Oratoriarum, 2. frequentissima rerum ad Trojam gestarum & Hetoum Trojanorum repetitio, 3. fabularum Poëticatum allegatio. Sed obthurabit hos fontes facilius qui 1. generalibus generalia opponet remedia: 2. luxuriei figurarum lucem effundet ex iis quæ sequentibus duabus sectionibus sumus monituri, 3. Fabularum Poëticarum hauriet prius notitiam è Mythologia Comitiis natalis vel Hygini. 4. denique Historiæ Trojanæ præsupponet lectionem, ut descripta est à Darete Phrygio & Dicte Cretenfi.

ARTICULUS II.

De Orationibus tropo vel tropis constantibus in genere.

§. 8. Conveniunt tropus & figura in uno genere ornatus, teste Vernuleio lib. 3. de arte dicendi cap. 6. In eo etiam ejusdem naturæ sunt, quod nec tropica nec figuratâ oratio ante oppositionem sit argumentativa, quia ut sic vel affectum solum exprimit, vel falsum præ se fert sensum contrarium menti auctoris, e. g. In istâ *καλυπτος* quâ à Regio Propheta amplitudo regni Christi oculis subjicitur Psal. 72, 10. verba præ se ferunt Reges Arabum ac Sabæos munera Christo oblaturus, quod tamen factum à Magis Persicis? Nihilominus aliud non vult Rex quàm dilatare (progrediendo ad thesin ab hypothesi) amplitudinem Regni Christi, sicut



orato-

210 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 oratores solent, Item in exaggerationibus calamitatum textus præ se fert tristissimas cœli facies Joel. 2, 2. Esai. 13, 11. Pl. 7, 13. Pl. 11, 6. Jud. 5, 20. & contra in amplificationibus rei latissimæ textus introducit montes gestientes Esa. 14, 8. Psal. 114, 4. Act. 6, 15. quæ si ad historicam veritatem examines, nihil huius rei invenies: si tamen expones prius & ad liquidum omnia rediges, omnia rectè intelliges. Quæ cum ita sint, orationes oratoriæ referendæ sunt diligenter ad logicas, deque earum postea sensu statuendum. Præmittamus autem generalem troporum divisionem: ☞ *

§. 9. Ex schemate hoc omnes vident quatuor solum esse tropi species essentielles: reliquas quæ tropis vulgò accensentur non nisi accidentalem habere ab his differentiam: idè frustra simus si de singulis peculiariter agamus. Κατάχρησις itaq; metaphorica vel ἑμφρασις synecdochica, vel hyperbole, ex omnibus tropis exurgens iudicetur ex præceptis eorum troporum quorum sunt affectiones. Eos solum tropos consideremus, qui supersunt, & maiorem obscuritatem involvunt, ut sunt Metaphora, Metonymia, Synecdoche, Ironia, Allegoria, Ænigma, Paræmia.

ARTICULUS III.

De ratione exponendi Metaphoras, Metonymias, Synecdochas, & Ironias.

§. 10. A Metaphora (cuius ornatu nihil florentius est juxta Tullium, nihil item frequentius juxta Fabium) incipiamus, quæ fundatur in similitu

litudine rerum, ut, in quibus rebus similitudo nulla sit, in iis etiam Metaphora locum non habeat. Cujusmodi dissimilitudo est in illo Horat. l. epod. od. 4. quod castigat Scaliger in hypercritico

*Quid attinet tot ora navium gregi
Rostrata duci pondere?*

Quia rostrum triremibus est, os non est. Nulla verò dissimilitudo est vel in illo Enniū quod Cicero ἀεὶ λίσσι l. 3. de orat. n. 162. Cœli ingentes fornices. Tametsi enim sphaera convexa tota, non habet fornices similitudinem; concava tamen quanta sensibili h. horizonte comprehenditur, non multum abludit à fornices figurâ. Vel in Aristotelis illo l. 6. Top. cap. 2. m. p. 345. quando negat translationem esse, cum pro lege ponitur imago. Sed Aristotelem refellere proclive est, vel ex ipsa eius ratione. Est enim imago inquit, quæ ab imitatione profecta est. Atqui Lex est ab imitatione legis æternæ, seu Dei, seu naturæ profecta. Sed pergamus ad nostrum institutum. Metaphora quia in rerum similitudine fundatur, ideò Interpreti ista similitudo ante omnia quærenda est, & segreganda dissimilitudo, hanc enim similitudo perpetuò habet comitatem, cum secus non similitudo esset sed identitas. Esto igitur regula I. Nulla metaphora exponenda est per ea quæ planè sunt dissimilia. e. g. in voce *Κεραίας* Luc. 16, 17. est aliqua sine dubio translatio, hanc explicant nonnulli de punctis vocalibus Hebræorum. Sed refellit eos ex hac regula *Thomas Erpenius in arcano revelato punctationis. Corniculum, inquit, non significat aliquid separatim existens* corp-

corpufculum, multò minù punctum, quod $\sigma\iota\gamma\mu\acute{\eta}$ græci dicunt; sed notat majoris corporis aut signi particulam aliquam aut eminentiam, ut in animalibus cornua & in edificiis corniculata eminentia. & mox: Puncta omnia Hebræorum vel subscribuntur, vel inscribuntur, nullum præter holem superscribitur. At cornua animalium non pedes sed capita armant. II. In rebus aliquatenus similibus ab interprete evolvenda similitudo est, & defecanda à dissimilitudine, Internoscitur autem hæc ab illâ vel ex rei naturâ, e. g. nemo tam bardus est qui cum præconem verbi divini legit angelum appellari in sacro codice, ut explicare hoc velit de sanctitate perfectâ, agilitate, nedum spiritualitate: sed, si sapit, ad officium ac ministerium omnia referet: vel ex contextu, & scopo auctoris. Sunt quædam metaphoræ quibus tam ad laudē quàm ad vituperium uti possis, e. g. Flos ad laudem refertur in illo loco Livij, Quo cecidisti (græciam intelligit) flos terrarum: Sol atq; Sal gentium? Sed ad vituperium vel certè ad diminutionē in illo Hieropsaltis quando homo (ob mortalitatem) flori & gramini comparatur. Sic in bonam partem accipitur *Fermentum* Matth. 13, 33. in malam verò Matth. 16, 6. 1. Cor. 5, 7. Quæ omnia contextus, & scopus auctoris distinguere docet. Evolutâ sic similitudine & rejectâ dissimilitudine expositio logica pro voce translata ponit eam, in qua ceu tertia membra comparationis conveniunt, e. g. Præco verbi est Dei legatus: Græcia est regnum pulcherrimum: homo est mortalis: Regnum cælorum est res à minimis principiis exurgens in magnam amplitudinem &c.

S. II. *Metonymia* fundatur in rebus extrinsecè se & contingenter respicientibus cuiusmodi sunt, causa & effectus; antecedentia & consequentia (nam metalepsin à metonymiâ frustra sunt, qui distinguunt:) subjecta & adjuncta, quæ ut varia sunt, ita varias etiam distinctiones constituunt. De quibus consulantur Rhetorum libelli. Regula pro expositione metonymiarum hæc esto. Ea semper sunt vel subjecta vel prædicata, quæ subjecta vel prædicata permittunt, e. g. *Mors est in ollâ*. Falsum hoc est secundum literam: tropus itaque est in voce mortis eo ex loco depromptus, cum quo stare prædicatum potest. Naturalis autem ratio illicò nos deducit ad cogitationem rei quæ fuit in ollâ, videlicet colocynthidarum mortiferarum. Inde illicò exurgit non solum res quæ metonymicè appellatur Mors, sed ipsa etiam expositio, quæ talis est, herba mortifera est in ollâ. Item *Poculaq; inventis Acheloiâ miscuit uvis*. Sensus secundum literam falsus est. Quæ enim hæc mixtura fuit poculorum cum uvis? tale itaque indagandum subjectum fuerit quod liquidum sit & misceri possit; hoc est quod permittatur à prædicato. Poculum igitur Acheloiûm fuerit ipsa aqua vino commixta. *Terra erat labij unius*. Falsum hoc secundum literam, tale itaq; quæratum subjectum & tale prædicatum quæ secum mutuo stare possint & cum historiâ consentiant. Prædicatum hoc (*Labium*) quale permittit subjectum? nihil nisi homines. Sed possunt ne plures homines uno uti labio? neutiquam, quæratum itaque porro prædicatum quod

214 IDEA BONI INTERPRETIS ET
possit stare cum subjecto, id verò erit lingua pro
sermone accepta. Hæc igitur nascetur Oratio lo-
gica, Omnes homines tùm viventes unâ locuti
sunt linguâ. Unde verò, inquires, inveniam semper
quod stare possit cum subjecto vel prædicato?
Resp. 1. ex naturali judicio. 2. assumpto auxilio ge-
neralium interpretandi mediorum, ut sunt scopi
& contextus consideratio &c.

§. 12. *Synecdoche* aliquando vero, minus dicit,
(id quod etiam in quibusdam metonymiis depræ-
hendere licet, ut

— *nec habebat pelion umbras, id est, sylvas.*

non falsum hoc est, sed verò minus) aliquando
apertè falsum dicit, quia conjungit *Κυριακῶτα*.
Prioris expositio tota petenda est ex mediis inter-
pretandi generalibus, e.g. cum Thamar Hammo-
ni dicit 2. Sam. 13, 4. *ne feceris hanc stultitiam*: con-
textus & historia docet per stultitiam *synecdo-*
chicè intelligi scortationem. Posterioris exposi-
tio eadem est cum metonymia: Nam & hic talia
sunt invenienda subjecta qualia à prædicatis per-
mittuntur ac vice versâ. e. g.

— *fontemque ignemque ferebant* l. 12. *Æn.*

nemo tam vâcors est ut putet univèrsam aquarum
fontem ac scaturiginem primam fuisse apporta-
tam: sed aquas fuisse allatas, hæc enim permittit
prædicati conditio.

§. 13. *Ironia* Rhetorum alia est à simulatione
Ethicorû. Nam in hac contrarium est sed non in-
telligitur, ut cum Simon se simulavit miserum, erat
ille proditor, sed hoc erat ignotum: In *Ironiâ* rhe-
toricâ

toricà contrarium & est & intelligitur, ut ex sub-
jiciendis exemplis patebit. Est verò Ironia cum hoc
dicitur sed oppositum intelligitur. oppositum dico in
genere, idq; vel 1. *privatum*, cum de homine lusco
affirmo, eum tam cernere cautum,

quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius.

vel 2. *contradictorium* cum parem nobis in omni-
bus, superbe tamen eminentiam præ nobis affe-
ctantem, ita alloquimur: scilicet tu genere, erudi-
tione honore divitiis nobis es superior: non hoc
volumus quod sit nobis inferior (contrarium) sed
quod non superior (contradictorium) vel 3. *con-*
trarium, ut Deus vester occupatus est 1. Reg. 18, 27.
id est iners, otiosus ignavus. vel 4. *relativum*, ut Ec-
ce Rex vester Joh. 19, 14. id est subditus. Agnosci-
tur Ironia vocalis è pronuntiatione: scripta autem ex hi-
storia, scopo, contextu &c. e.g. Athenæi scopus est
probare Platonem ἀσυμφώνως & contradictoriè de
Socrate scripsisse: hinc cum eum τῆ μνημοσύνη φίλον
vocat, id est amicū memoriæ; facile est colligere
oblivionis nomine Platonem suggillari. Ita qui ex
historia Romana novit, eò tempore, quo Cicero
habuit orationem pro Ligario, multos contra Cæ-
sarem in Africa pugnasse, quibus jam ipse igno-
veratis facile intelligit, à divina (ut Fabius eam ap-
pellat lib. 4. c. 1.) Ironiâ ordiri ibid. Oratorem No-
vum crimen &c. aded, ut in Proverbium abierit,
Novum crimen Cai Cæsar! pro quo Germani di-
cunt, *Sihe da / estwas neues! als wäre der-*

gleichen vormal nie ge-

schehen!

○ / 4

ARTI-

214 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 possit stare cum subjecto, id verò erit lingua pro
 sermone accepta. Hæc igitur nascetur Oratio lo-
 gica, Omnes homines tùm viventes unâ locuti
 sunt linguâ. Unde verò, inquires, inveniam semper
 quod stare possit cum subjecto vel prædicato?
 Resp. 1. ex naturali judicio. 2. assumpto auxilio ge-
 neralium interpretandi mediorum, ut sunt scopi
 & contextus consideratio &c.

§. 12. *Synecdoche* aliquando verò, minus dicit,
 (id quod etiam in quibusdam metonymiis de præ-
 hendere licet, ut

— *nec habebat pelion umbras, id est, sylvas.*

non falsum hoc est, sed verò minus) aliquando
 apertè falsum dicit, quia conjungit *Quædâ*.
 Prioris expositio tota petenda est ex mediis inter-
 pretandi generalibus, e.g. cum Thamar Hammo-
 ni dicit 2. Sam. 13, 4. *ne feceris hanc stultitiam*: con-
 textus & historia docet per stultitiam *synecdo-*
chicè intelligi scortationem. Posterioris exposi-
 tio eadem est cum metonymia: Nam & hic talia
 sunt inveniendâ subjecta qualia à prædicatis per-
 mittuntur ac vice versâ. e. g.

— *fontemque ignemque ferebant* l. 12. *Æn.*

nemo tam vâcors est ut putet universum aquarum
 fontem ac scaturiginem primam fuisse apporta-
 tam: sed aquas fuisse allatas, hæc enim permittit
 prædicati conditio.

§. 13. *Ironia* Rhetorum alia est à simulatione
 Ethicorû. Nam in hac contrarium est sed non in-
 telligitur, ut cum Simon se simulavit miserum, erat
 ille proditor, sed hoc erat ignotum: In *Ironiâ* rhe-
 toricâ

torum
 jiciorum
 dicitur
 genere
 affirma
 vel
 bus
 dicitur
 tione
 volun
 quod
 id est
 ce
 tur
 floris
 pro
 Socie
 vocat
 ob
 h
 h
 l
 v
 p
 f
 v

igitur: In
 equestris
 ontinuata
 anigma
 à Parabo
 pressa pa
 quemad
 vafri præ
 e. At alle
 yfiâ dixe
 allegoria
 gi, fabula
 idicrâ lar
 talicarnaf
 cripta ma
 us damnat
 ius, etc
 oriz decem
 ocenda, est,
 n proferen
 nu invenias
 tur allegoria
 mediis, e.g. ex
 tartij fuerint
 Cæfaris: qui
 fuerit Cicero
 sibi velit ista
 ist, fam. 4. Vel
 id est Thyo
 quiarum Auto
 à & vitâ Maro
 nis

*De artificio exponendi Allegorias, Aenigmata
& Paræmiæ.*

§. 14. Non prolixè hîc disputabimus, tres hæ ornatus formæ sintne tropi an figuræ? cum hoc ad rem præsentem parùm vel nihil faciat (Allegorias esse continuationes troporum non figuras; Aenigmata autem & paræmiæ potius figuris accensendas esse quàm tropis, quia 1, non nisi in integrâ oratione deprehendi possunt: quia 2, præscindût à proprio & improprio, arbitramur) sed naturam potius singularum patefaciemus ut deinde de expositione rectius atque liquidius possimus judicare. ALLEGORIÆ vox itaq; vel sumitur generalissimè pro omni oratione, quæ ἀλό τι ἀποδί ἀλό δε νοῦν, Scalig. l. 3, Poët. c. 84. atque sic typos etiam amplectitur Gal. 4, 24. & Ironiam juxta Fabium & Aretium loco 52. vel strictè, & tùm dicitur

Allegoria, α continuatio troporum, β orta ex rerum secundum literam falsò connexarum qualicunque γ affinitate δ manifesta, sed ε involutâ.

α. continuatio troporum. Sic differt à paræmia, quæ sæpe constat ex merè propriis ut infra docebimus. *β. orta ex rerum secundum literam falsò connexarum,* h. e. nunquam gestarum aut gerendarum. Hac conditione distinguitur à typo qui sub re verè gestâ aliud aliquid innuit. *γ. affinitate non dico similitudine,* quia non è metaphoris solum sed aliis etiam tropis exurgit allegoria. Nam hæc Allegoria est metonymica, sine Baccho & cerere friget venus Distinguitur hæc affinitate ab ironiâ in quâ

quâ aliud quidem sed contrarium intelligitur: In hac Milonianæ Luget Senatus: mœret equestris ordo; tota civitas confecta senio est, est continuata Ironia sed nō allegoria. *δ. manifesta* sic ab ænigmatē differt. *ε. involuta*. Discrimen hoc est à Parabolâ; sicut enim in Parabolâ comparatio expressa patet, ita latet in allegoriâ e.g. Parabola est, quemadmodum mali corvi malum est ovum: ita vatri præceptoris vafros esse discipulos necesse est. At allegoria fuit, cum Judices de corace & Tyriâ dixerunt κακῆ κόρακα κακὸν ὄον! Exempla allegoriæ sunt omnia Poëtarum figmenta, Apologi, fabulæ eclogæ quibus solebant tanquam sub ludicrâ larvâ philosophari ut loquitur Dionys. Halicarnassæus. Philosophorum etiam nonnulla scripta maximè Platonis, in quibus idem Dionysius damnat allegorias μακρός, καὶ πολλὰς, ὅτε μέλλον ἰχθύος, ὅτε καὶ ὄον. Sunt certè hæc hujusmodi allegoriæ decem categoriis dignæ. Nam veritas cum docenda, est, non invidiosè tegenda, est, sed in lucem proferenda. Alias non culeo seminatas sed manu invenias apud omnes fermè auctores. Exponitur allegoria tum ex communibus interpretandi mediis, e.g. ex *historiâ*, e.g. qui novit quâ cæde Idus Martij fuerint apud Romanos nobilitati, videlicet Cæsaris: quæ itidem novit, quò odio persecutus fuerit Cicero Antonium, is facile intelligit quid sibi velit ista allegoria l. 10. ep. fam. 28. & l. 12. epist. fam. 4. *Vellem Idibus Martiis me ad cœnam invitasses*, id est Thyestras illas Cæsaris occisionem; *reliquiarum Antonii, nihil fuisset*. Similiter ex historiâ & vitâ Marci

218 IDEA BONI INTERPRETIS ET
his colligere est, id in prima Ecloga ab eodem de-
prædicari allegoricè & occultè, quod Martialis
clarè & apertè exponit l. 5. epigram. 56.

Sint Mæcenas, non dederunt, Flacce; Marones:

Virgiliumque tibi vel tua rura dabunt.

Ingera perdididerat misera vicina cremone,

Flebat & abductas Tityrus ager oves.

Vel in specie 1. ex ipso textu, cum textus sæpe unâ se-
ditione prodit, e. g. Equidem cætetas tempestates
& procellas in illis duntaxat fluctibus CONCIO-
NUM semper putavi esse Miloni subeundas. Orat.
pro Milone. ubi è fluctibus concionum nos Ora-
tor deducit ad fontem allegoriæ. 2. ex ingenio illius
tropi unde deprompta est. e. g. super Leonem & Basi-
liscum ambulabis Ps. 91, 13. id est superior eris Leo-
ninis hominum ac Tyrannicis molitionibus.
Omnis vallis implebitur & omnis mons & collis
humiliabitur, id est, omnia erunt plana, ac impe-
dimenta reiicientur quæ Messæ adventum remo-
rari poterunt Joh. 3, 5. Sunt hæc allegoriæ metapho-
ricæ ad eum itaq; modum explicandæ, quem præ-
scripsimus in præcedenti articulo. §. 10. e. g. Albo
reti aliquem oppugnare. Sensus secundum lite-
ram est falsus, qui homines propriè reti non ca-
piuntur. Sed ipsa statim se prodit metaphora. Sicut
enim ἀμφιβλησῶν Matth. 4, 18. Reti Piscatorio fal-
luntur pisces; ita homines griphis (hoc enim græ-
cis significat rete) id est sophismatibus capiuntur.
Albis autem, id est fucatis, sicut Medea apud En-
nium gypsatis manibus, id est, personatis im-
posuit.

§. 15. *Ænigma* Latinis *scirpus* vel *scrupus* est oratio vel *α. propria* vel *impropria*, *β. obscura* γ. ob connexionem rerum impossibilem. *α. vel propria* vel *impropria*. Nam quod August. l. 16. de Trin. c. 6. *Ænigma* non esse nisi allegoriam obscuriorem, id universale non est, quia etiam ex merè propriis nasci ænigmatica obscuritas potest. *Ænigmata* enim sunt illa apud Virgilium

*Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo
Tres pateat cæli spacium non amplius ulnas?*

Rursus.

*Dic quibus in terris inscripti nomina regum
Nascantur flores & phyllida solus habebis?*

Et tamen ut infra docebimus, nullus subest tropus. *β. obscura*. Idèd in ænigmate nihil est vitiosius quàm perspicuitas. γ. ob connexionem rerum impossibilem. Hæc adæquata obscuritatis ænigmaticæ causa est, quæ ingenii aciem exercet in conciliandis his quæ *ἀδυνάτως* connectuntur. Allegorica igitur fuerit oratio vel quidvis aliud quàm ænigma quod simplicem præ se fert & facile explicabilem obscuritatem. hanc causam ænigmaticæ obscuritatis assignat Aristot. l. de re Poët. & Averroes in paraphrasi. Exempla sunt. De comedente exivit cibus Jud. 14. quomodo vorax ex se cibum emittat, qui omnes cibos deglutiat? Ecce impossibilitas. Philippus Macedo ab oraculo iussus est pugnare *argenteis lanceis*. Nimis hæc preciosa fuerit militia. cui vix omnes Macedonicæ argenti fodinæ satisfecerint. Apud Auson. epist. ad Theonem 4. ita ludit

————— *cum tibi*

Cadmi nigellas filias,

Melonis albam paginam,

Notasque furva sepia

Cnidiosque nodos prodidit.

§. 16. *Expositio ænigmatum si alia difficilima est, & ejusmodi ut sæpè exercitatissimum Interpretis ingenium fugiat. Sed dabimus operam ne ad littus rectè cymbam rexerimus, hæserimus verò in medio Maris Euxini Ænigmata itaque vel proprio constant sermone vel tropico ac improprio. Sed proprio eodem modo sunt exponenda sicut oratio in genere quævis nimirum ex generalibus interpretandi mediis. Pro exemplo sint ænigmata illa superiora è Maronis Eclogâ 3. depromta de quibus alioquin id dicere licet quod Pedianus ipsi Virgilio, dicenti se hoc in loco Grâmaticis crucem fixisse in quâ assiduè torquerentur, respondisse fertur, Mibi certè nullam: non enim id anxie questurus sum. Sunt quidem in priori qui cœlum intelligunt tropicè vel de *clibani fenestra* (quem græci *εγρια μὲν* appellant) ut *Alciatus* l. 1. parerg. juris c. 18. vel de *clypeo Achillis* trium ulnarum, in quo expressa cœli forma fuerit. Sed quia nulla causa prægnans est ob quam ad tropum ceu sacram anchoram nobis confugiendum sit: idè in proprio sensu tam diu manebimus, donec bonis argumentis non suspicionibus depellamur. Posteriùs etiam ænigma tropicè nonnulli exponunt de *monetâ aureâ* tanquam è flore metallorum aurò conflatâ, cui sint inscripta nomina Regum, Sed & hos suo patimur sensu*

sensu abundare, meliora docti. Nos itaq; primum ænigma secundum literam intelligimus cum Servio de quovis putei fundo: in quo qui est tantum cœli spacium videt, quantum est ipsa putei latitudo. In hunc sensum omnia interpretandi media conspiciunt, nec ullum allegari potest in quem peccet. Dices, pugnare id cum γυνέισμα ὄρων, pronomen Quibus habere vim partitivam, deinde etiam cum analogia similium locutionum, e.g. cum quærimus, Dic quibus in terris perpetuum sit frigus? Dic quo tempore Sol steterit immotus? &c. nemo in his locutionibus intelligit universaliter quæri de omnibus seu locis seu temporibus: omnia partitionem aliquam animo concipiunt. Hâc ratione adducti optici nonnulli interpretantur de puteo Syenes Ægyptiæ à Philosophis effosso, toto sereno, toto illuminato ut videant, an, sicut in terræ superficie medio solstitii die, nulla jaciebatur umbra, in puteo quoque profundo id contingeret? Has rationes evertisse, est thesin obtinuisse. Respondeo itaque non cum Servio qui captiosè arbitratur quæsiuisse Virgilium, Dic quibus in terris? (nam quid vitii est si Ænigma captiosè quærat?) sed ex analogia: quid enim prohibeat interrogare, Quo tempore Sol lucescit? id est omni. Dices quæ analogia obtineat? Respondeo ea quæ cum reliquis interpretandi mediis convenit ut est, ὁμοίαν τῆς Καυθείας τῆς γειρόντος. Nam in posteriori ænigmate sine dubio de omnibus locis interrogatur, & tamen quæstio sic est concepta, Dic, quibus in terris &c. Est igitur hæc consuetudo aliqua Virgiliana in interroganda. Tametsi

etsi in priori ænigmate nihil vetet partitivam vim agnoscere: non enim de omnibus terris, sed de terrarum solùm profunditatibus in puteo intelligitur. Ad puteum Syenes quod attinet nihil ille peculiare habet præ reliquis puteis; ut ad eum solùm hoc restringendum ænigma sit, sed ex æquo hoc verum est de omnibus puteis. Alterum itidem ænigma quem sensum habeat, i. ex historia fabulosâ cognoscere licet. Ut enim in aliis orationibus vera historia, ita in Poëticis ficta clavis est interpretationis. Sic autem Poëtarum ille historicus Ovidius l. 10 metamorph. de Hyacintho canit, ex cuius sanguine hunc natum florem fingit:

*Laberis Oealide primâ fraudate juventâ
Phæbus ait, videoque tuum, mea crimina vulnus:
Tu dolor es facinusque meum, mea dextera leto
Inscribenda tuo est: ego sum tibi funeris auctor.*

Et mox,

*Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt.
Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros:
Tempus & illud erit, quô se fortissimus Heros
Ædat in hunc florem folioque legatur eodem!*

& Tandem

*Ipse suos gemitus foliis inscribit, & a^â a^â
Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.*

Quis non videt hanc *Κωνσταντία* sive Apollinis filiam sustinere nomina Regum videlicet *Ajacis Telamonij*, qui si Rex non fuit, Regis tamen filius fuit. Deinde confirmatur hæc expositio ex *ἐπισημὸν τῆς Κωνσταντίας τοῦ βασιλέως* ex stylo & consuetudine Virgiliana, quâ omnium interpretum consensu

in Eclo-

in Eclogis Theocritum sibi imitandum sum sit exprimere itaque voluit absque dubio carmen illud Theocriti Idyll. 10.

Καὶ τὸ ἰὸν μέλαν ἐστὶ καὶ ἄ γαλακτὰ, ὑάκινθος.

Et viola nigra est & scripta, Hyacinthus.

Quod si vero ænigma ex tropo natum est (quod inde cognoscere licet, unde in parte prima deduximus discrimen inter orationes Logicas & non Logicas) eadem etiam ratione enodari debet, quâ tropus ipse ex quo constat enodari solet. e g. Cum Philippus jubetur argenteis lanceis pugnare metaphora est, intelliguntur enim illa arma, quibus Philippus omnia castella expugnari possedicebat, in quæ a sellis onustus auro posset ascendere teste Cicerone l. 1. ad Att. ep. 13. Similitudo consistit in effectu simili numerorum & armorum.

§. 17. Coronidis loco quæritur an *Ænigma Samsonicum à Philistæis potuisset solvi?* ad eò id negat *Foss. l. 4. institut. orat. cap. 11.* ut ne ænigma quidem fuisse existimet, quod ænigmate res nota significetur secundum *Irenæ. lib. 2. adv. heres.* Philistæis autem ignotum fuerit, tùm leonem à Samsonè interfectum & à cadavere mel fuisse exceptum: tùm mysterium resurrectionis, quod ænigmate hoc signari *Augustinus* opinatur ser. 107. de temp. sed hæ rationes hilò minus concludunt. Nam ad ænigma sufficit: si notum esse possit per suum significatum immediatum, etiamsi de circumstantiis & significatis remotis nõ semper liquidò constet. Acquievisset proculdubio Samson si Philistæi dixissent intelligi hoc ænigmate è leonis cadavere natum mellis

124 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 mellis favum: Quibus autem & quâ occasione leô
 obiverit, id nec necessarium erat ad ænigmatis ra-
 tionem, nec Samson requirebat. Multò minus ty-
 pica ista significatio erat scitu necessaria, cum illa
 ipsa sit incerta, ut infra docebimus. Tentemus ve-
 rò hoc etiam ænigma solvere, è generalibus inter-
 pretandi mediis. 1. ex disciplinâ instrumentali logicâ
 removeamus impossibilitatem, in specie verò ex
 doctrinâ de ampliatione in sensu divisio hoc acci-
 piamus, De comedente exivit cibus: videlicet de eo qui
 fuit vorax, sicut Cæci dicuntur videre. 2. ex *γλω-
 σσισμῶ ὄρων*, & quidem ex voce לִבְנֵהוּמָה colligamus
 non edentem nude, sed vorax quoddam animal,
 est enim à rad. לָבַן devoravit, consumsit, combus-
 sit, perinde ut Deus dicitur ignis consumens Deut.
 c. 4. Deinde ex voce נֶאֱמַר conjiciamus non loca-
 lem nudè, sed generativam egressionem, sic enim
 ista vox multoties usurpatur, de egressione filio-
 rum & fructuum ut Job. 1, 21. Deut. 14, 22. 2. Paral.
 32, 22. 3. ex consequentibus quæ sunt ἐξ ἑνὸς πρὸς
 priorum eliciamus eiusmodi animal vorax intelligi
 quod sit simul robustum & forte; leone autem
 nullum animal est aut voracius aut fortius, 4. ex ea-
 dem consequenti ἐξ ἑνὸς ἑσῆ conficiamus cibum intel-
 ligi qui sit dulcis: ex vivo autem leone impossibile
 est egredi cibum palato nostro suavem. Mortuus
 igitur fuerit, ille robustus devorator oportet. Hinc
 syllogismus

*Is à Samson intelligitur cibus qui dulcis sit & gene-
 rativus fuerit è cadavere & eiusmodi animal quod
 sit voracissimum pariter ac robustissimum.*

Atque

Atqui Mel eiusmodi cibus est, qui & dulcis sit & generetur è putri leonis viscere, quia sicut
 ——— è putri viscere tauri

Florilega nascuntur apes. ———

Ita è putri viscere leonis apes (generatione æquiuocâ) prodeunt ex his mellificium : alia quidem etiam insecta è cadavere generari possunt, sed eorum nullum ex se præbet cibum hominibus dulcem quam sola apis præbet. Deinde leo est animal verocissimum ac robustissimum. E.

Mel & leo sunt ea, quæ Samson suo enigmate intelligit.

§. 18. Παροιμία sive Proverbium est, ut finit Erasmus, celebre dictum scitâ quâpiam novitate insigne. Tria itaque ad essentiam Proverbii pertinent. 1. τὸ σφυλλόμενον sive celebritas: est enim adagium quasi circummagium. Conciliatur dicto alicui celebritas ex celebritate vel oraculi unde prodiit, e. g. ἔπε πρὶ λόι ἔπε πρὶ λαροί. 2. sapientum, ut δύσκολα τὰ καλά. 3. Poëta vetusti, ut

——— ῥεχθὲν ὃ τε νήπιος ἔγνω Homer.
 rem factam etiam stultus intelligit.

4. scenâ, quæ quodam commercio & jactata vulgo usurpat & tradit vulgò jactanda, ut αἶψα ποταμῶν. 5. argumentorum in fabulis, ut ἀπὸ πρὶ πρὶ θ. 6. historiarum, ut Hannibal est ad portas! 7. apophregmatum, ut qui semet ipse non habet Samum petit. virium ac facultatum in re aliquâ ut, Bis crambe mors. Eiusmodi verò hæc celebritas est, ut ab initio nihil babuerit Proverbii : quia tamen semel venustè ac festivè dictum fuit, idè postea in usum

216 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 proverbialem, quadam consuetudine abivit. e. g.
 Non alligabis os bovi trituranti cum à Mose di-
 ctum fuit, non fuit proverbium, non magis quàm
 cum dicitur ne occidas: re enim verà boves pedi-
 bus terebant frumentum. Sed quod postea in pro-
 verbium abiverit colligimus ex 1. Cor. 9, 9. confer
 Sanctium in 1. 2. Reg. c. 5. v. 37. II. ad proverbii es-
 sentiam pertinet *novitas* non ratione sui ortus, qui
 sæpe est antiquissimus, sed ratione nostri, quos
 eiusmodi dicta suâ novitate delectant: potest enim
 vetustum esse quod nobis non sit vetustum, pueris
 enim omnia sunt nova. e. g. si dicas Ebrii vera lo-
 quuntur: nihil hoc novi est. Sed in vino veritas,
 hîc loquendi modus novus est, nec adeò usitatus,
 habet namque omne adagium *ἐμπροσθεν μεβίαν*.
 Quotopere ad proverbium *novitas* audiendi re-
 quiratur, inde liquet, quod vilescat illud ipsum sæ-
 pe auditum: neq; alii audiuntur fastidiosius, quàm
 qui in omni sua oratione crambe suâ bis coctâ,
 cramben bis semper coquunt. III. *Eruditio*. Voca-
 tur enim ab Erasmo *scita novitas*, ut aliquâ notâ
 discernatur à sermone communi & antiquitate pa-
 riter ac sapientia sit commendatum. Si enim quod
 in literis (verba sunt Erasmi) intercidit, quod co-
 lossis, quod marmoribus servari non potuit, pro-
 verbio servatum fuit hætenus incolume, sapien-
 tiæ quopiam sale sparsum id esse oportet. Non
 pertinet ad proverbii essentiam. 1. *proprietas*, quia
 ex tropis pleraq; constant. non 2. *improprietas*, quia
 e. g. *μὴ δὲν ἄγαν*, ne quid nimis: nemo non in pro-
 verbii numerat, etiam si nihil habeat integumen-
 ti, non

ti, non 3. *utilitas* in vita, quæ sententiæ scopus est, quia cum dico, ego in portu navigo, proverbium est, non tamen *gnome*, non 4. *Orationis totius complexio*, quia rude donare, bonis avibus, abjicere hastam, proverbia sunt, etiam si phrasæ solùm sint & formulæ loquendi. *Dices*, abjicere hastam esse allegoriam non igitur proverbium. *Respondedo*, sicut proverbium sententia esse potest & contra: ita etiam allegoria esse potest & contra: nulla tamen specierum permixtio major hinc metuenda est, quam si dicamus aliquando album esse dulce, in sensu scilicet diviso non composito.

§. 19. Expositio proverbiorum superest, Hujus, tametsi glacies nobis fracta sit, in chiliadibus Erasmi, quibus hic sol nihil vidit eruditius, nihilominus via quædam ac ratio est patefacienda. Proverbia vel proprio constant sermone & tùm explicari debent ad eum modum quem in parte communi tradidimus. Præcipuè verò 1. *ex historia* ut Amos 6, 6. Bibentes vinum in phialis & optimo unguento delibuti, *nihil patiebantur super contritione Joseph*. Cui in mentem venit historia Josephi in foveam abjecti, fratrum interea saliares cœnas adornantium, is intelliget quid hoc sibi velit? *Ἐμχαριστικίαν* videlicet vel certè *ἐν εὐλεημοσύνῃ*. Rursus *γλαυκὴ εἰς ἀθλίαν* noctuas Athenas vocare quid sit Ciceroni l. 6. ep. f. 3. l. 9. ep. 3. l. 2. ad Q. F. 15. ex historia liquet. Non enim ideò frustraneus labor hoc proverbio significatur, quod multæ essent Athenis noctuæ, sed quod multi essent illic numi noctuarum imaginibus excusi. 2. *ex analogia*

238 IDEA BONI INTERPRETIS ET
*alterius similis Proverbij, ex. gr. Matth. 19, 6. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem introire in regnum cœlorum. Simile hoc est illi Hebræorum, quô rei impossibilitatem declaratum iverunt, quod extat in Thalmudicâ initio Gemara Non est Elephas qui intret per foramen acus, id est, non est hoc in ipso situm. Confer Drus. adagior Hebraic. & Schindl. in Lexic. pentaglotto. 3. ex naturâ ut 1. Reg. 12, 14. Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædâ vos scorpionibus. Quid flagellum, quid scorpio? Flagellum nihil habet præter ictum, quo caro pulsatur; sit enim plerunque ex materia lentâ, quæ carnem non concerpit sed tundit tantùm, & relinquit vibices ac livorem: In scorpione major atrocitas: habet enim ille aculeos curvos, quales hami sunt aut unci, qui etiam lacerant & concerpunt corpora. Significat igitur illud *καρποικτώδες*, velle se atrocius tractare subditos quàm eos tractasset Pater Salomon. si verò Tropicus est Proverbij sensus, qualis etiam fuit in præcedenti exemplo, tùm ex legibus illius tropi unde natum fuit, exponi debet. e.g. Canem mortuum persequeris & pulicem unum, ait de se David 1. Sam. c. 24, 15. synecdoche est speciei pro genere, canis mortui pro re vilissima & abjectissima. Sed desino quia ad hanc rem satis apud Erasmum viatici.*

ARTICULUS V.

*De ratione interpretandi Figuras, Oratorias potissimum *ἀποφωτιστικὰς* & parabolâs.*

§. 20. Figuram sive schema oratorium deprehende

hendere, est illud intelligere, ut frustranea sit nimia cumini sectio, & diligens magis quàm necessaria *ἀνελευσία*. solæ *Ερωτήσεις* sive interrogationes oratoriæ & *παράβολα* difficultatem habent in exponendo. *Illæ*; quia incertum est neget an affirmet qui interrogat? *Hæ* quia plura sæpè admiscunt quæ ad scopū parūm vel nihil faciunt. Interrogationes autem intelligimus non illas Grammaticas quæ sunt, ut sine motu ita sine difficultate: sed Oratorias quæ affectu semper aliquo ceu aculeo sunt munitæ. Est verò ex circumstantia textus eruendum quo ex affectu auctor roget? dubitantis enim illud est in Orat. Roscianâ. quid primum querat? unde potissimum exordiar? id est nescio argumentum exordii. Irridentis illud est in Orat. pro Dejotaro. At quam festivè crimen contextitur? id est, minimè festivè. *Regula itaque prima ex dictis fluit, ex circumstantia textus colligendus esse interrogantis affectum, atque inde de sensu judicandum.* 2. *Plerumque interrogationes affirmativas habere sensum negativum, e. g. Tu minima sis in civitatibus Judæ? Michæ. 5. v. 2. id est, non es minima. Item Arenam maris & pluviz guttas & dies seculi quis dinumeravit? Syr. 12. id est, nemo hæc numeravit.* 3. *Interrogationes negative habent plerumque sensum agentem, ut Nunquid non cælum & terram ego impleo? Jerem. 13. id est, cælum & terram impleo.*

§. 21. Parabola est à *παράβολον* juxta jacere gegen einander halten. Sed *Parabolanus* l. 1. Cod. tit. 3. l. 18. aliam habet significationem, quam vel *Turnebus* existimat l. 13. adv. c. 23. vel *vetus Vocabularium*.

220 IDEA' BONI INTERPRETIS ET
 rium. Ille enim Parabolanos vult dici medicos ex
 Parabolâ in qua quidam à Latronibus vulneratus
 à Levita neglectus, à viatore Samaritano fovetur
 & curatur. Hoc Parabolanos vult appellare, quia
 in ægro curando medici Parabolis sæpe utuntur.
 Longius hæc esse quæ sita nemo non videt. Rectius
 Parabolani medici dicuntur Παρολογοι, qui fiden-
 ter se periculis obiiciunt *Waghâls?* Confer *Marti-*
nium in Lexico & Gerhard. Vossium l. 4. instit. orat. c. 11.
in fine. Homonymia *Parabola* præsertim in scri-
 pturis divinis duplex est. 1. accipitur *latissimè* pro
 omni scitâ gravique & novâ sententiâ seu dicto,
 ea enim latitudo est vocis *Maschâl*. Hæc sensu
 usurpatur Num. 23, 7. Job. 27, 1. & c. 29, 1. Ezech. 17,
 v. 2. Matth. 15, 15. & c. 2. *strictè*, *Parabola est, a. collatio*
β. expressa, quâ res ignota a quæ sensibus remotior, γ. per
aliam notam familiarem seu gestam seu ut gestam. δ.
quæ geri & contingere poterat explicatur. a. Collatio,
 sic differt à metaphora quæ non tam est collatio
 quàm translatio: itaque in Parabola aliquam si-
 militudinem esse oportet. Videtur *Augustinus lib. 2.*
qq. Evang. c. 25. agnoscere aliquod Parabolarum
 genus ex dissimilitudine natum, cuiusmodi Para-
 bolæ extant Luc. 11, 5. & seqq. & Luc. 18, 3. & seqq.
 Sed qui loca allegata rectè inspexerit, is facilè vi-
 surus est non dissimilitudinem sed justam similitu-
 dinem. *β. expressa.* discrimen hoc est ab allegoria &
 ænigmate supra etiam indicatum. §. 14. *γ. per aliam*
notam ac familiarem & habentem in audiendo gratiam.
Huiusmodi docendi modus in dñi mundicieus est per quam
utilis. Ideò Servator frequenter Parabolis utitur de
 regna,

regno, quia hoc Judæi maximè delectabantur *In-
nius method. Eloq. c. 11. d. quægeri & contingere poterat,
sic differt 1. ab apologo qui sumitur ab aliquo quod
nec fit, nec fieri potest, sed tantùm fieri fingitur, ut
cum arboribus & brutis consilia ac sermones tri-
buuntur, Exemplum vide Jud. 9, 8. 2. ab historia re-
vera gesta seu typicâ ad significandum, seu exem-
plari, id est, propositâ ad imitandum:*

§. 22. Cognitâ naturâ & definitione Parabolæ
propriè dictæ, jam eius etiam expositionem osten-
demus. Sit ergò regula 1. *In omni Parabolâ ante omnia
scopus ac intentio Auctoris querenda est, quæ vel se ultrò
offert, vel ex occasione & causis dicendi cognoscitur.* Ratio
regulæ est, quia non solum scopus est certissima
interpretationis clavis: sed etiam alterum colla-
tionis membrum, ipsa videlicet expressio & evo-
lutio Parabolæ. Ultrò se offert intentio in Parabo-
la regis rationes conferentis cum servo & immise-
ricordem servam tortoribus tradentis, usquequò
redderet omne quod debebat, sic etiam ego vo-
bis dico, nisi remiseritis suo quisq; fratri &c. Ex oc-
casione & causis dicendi scopus cognoscitur, cum
ut dixi se ultrò non offert. e.g. Luc. 7, 47. quæritur
quis sit scopus Parabolæ de muliere peccatrice.
Pontificii dicunt quæri *τίσιν*, cur mulieri remissa
sint peccata? nos quæri *τὸ τί ἐστι*, an sint ei remissa
peccata. Incertus hic scopus est ex eventu: sed cer-
tus est si causam dicendi intueâre. Quamobrem
enim Christus hâc usus est Parabola, quia tam-
quam *ἡ ψυχή* scivit quid intra se cogitaverit
Pharisæus v. 39. Cuius hæc erat ratiocinatio.

332 IDEA BONI INTERPRETIS ET

N. Peccator est dignus conversatione

Hac mulier est peccatrix. Ergò

Christus missà majori, ad quam aliàs sæpè responderat, Negat minorem. Hoc argumento è Parabolà sumto.

Nullus debitor diligit suum creditorem, cum non est solvendo, sed cum potius fugit.

Hac mulier me creditorem non fugit, sed omni affectu prosequitur

Ergò hac mulier non est debitor seu peccatrix.

Non itaque quærebatur de causa remissionis peccatorum, quia de ipsa remissione prius constare debuit.

§. 23. II. Totum negotium cum toto negotio, non persona cum personis aut res rebus singula singulis conferende sunt. e. g. cum dicitur, simile est regnum cælorum homini serenti bonum semen: sensus est, tale quid usu venire in regno cælorum & rem ad eum modum se habere, ac si contingat inter homines quendam in agro suo se visse bonum semen, supervenire verò inimicum eius, & ex invidiâ zizaniis disseminatis lata vitiate. Confer D. Calixt. in *harm. Evang. p. 229.* III. Scopo cognito non est anxie inquirendū in omnes circumstantias ornamenti & complementi loco appositæ, quia scopus solus est nucleus, quæ annectuntur cortices sunt seu emblemata. Legitur hæc regula apud *Chrysostr. hom. 65.* Ita in Parabolâ Samaritani non pertinet ad sensum literalem scire quid sit illud jumentum, quid hospitium, quid duo denarii &c. in quibus tamen enumerandis ita multi sunt supersticiosi ut sæpè negle-

Et à pulce similes vulpeculæ à Ciconia elusæ superficiem solam lambant. Eandem regulam *Becanus* præscribit tr. de versione Dei q. 9. n. 3. In *Parabolis*, inquit, *debet spectari scopus non circumstantia. Scopus autem est Matth. 20, 13. ut ostendat primos fore novissimos & novissimos primos &c.* Nihilominus in hoc suum præceptum impingit, quando tr. 1. de beat. c. 1. q. 12. n. 13. ex eadem Parabolâ de denario non prius dato operariis matutinis quàm vespertinis, efficere conatur Patres V. T. non prius introisse in regnum cælorum nisi post mortem Christi. Si enim singulæ temporum minutiæ sectandæ essent, tùm sequeretur, eos qui non à horâ fuerunt vocati, jam scilicet post Christi mortem etiam aliquandiu præstolari debere ante fores regni cælorum donec conjuncti iis, qui horâ undecimâ fuerunt conducti, simul admittantur. Hæc inquam sunt circumstantiæ non supersticiosè ad comparationem admittendæ. Scopus est primos fore novissimos & novissimos primos: id est æquales in ratione meriti: quod posteriores non sint plura meritori, sed in ratione meriti æquales iis habendi qui fuerunt priores.

§. 24. Patet denique quomodo accipi hoc de beat. Theologiam *Parabolicam non esse argumentativam*. Nimirum si omnes circumstantias conferre labores non præbebunt illæ solida argumenta: si tamen solum sensum literalem ex similitudine & scopo natum intendas, omninò esse argumentativum, & ita comparatum ut ex eo tanquam principio deduci conclusiones possint. Nam

Omnis oratio logica est argumentativa.

Omnis oratio in sensu literalis accepta est oratio logica. E.

Omnis oratio in sensu literalis accepta est argumentativa.

ARTICULUS VI.

De expositione orationum Propheticarum, Apocalypticarum scilicet & Typicarum.

§. 25. Per Propheticas orationes hîc non intelligimus omnes *hagiographas* (quarum discrimen eruditè indicat R. David in libr. Psalmorum) nec *interpretationes* Prophetarum, (nam & apud profanos auctores Interpretes sacrorum Prophetæ appellantur. Ita Festus, Prophetas, in Adrasto Julius nominat antistites fanorum, oraculorumq; Interpretes

Cum capita viridi lauro, velare imperant

Propheta, sanctè casta qui purant sacra.)

Sed *Orationes infallibiliter* (infallibilitate divinâ) *futuros eventus seu præfigurantes seu prædicentes.* Præfigurantes vel actionibus & rebus revera gestis, quas dicimus typos: vel ut gestis sensui obiectis, quas prophetiis adhuc annumeramus. Requiritur autem ad prophetiam propriè dictam, *non nudus instinctus*, qui non solum juxta *Thomam* 2. 2. q. 171. *art. 5.* est incertus sed in Ethnicos etiam Poëtastris cadit,

Est Deus in nobis agitante calefcimus illo.

Hinc Socrates in Dialogo Platonis IO, negat potest esse artem, sed *ἐπιθυμία μὲν* similem illi raptui
quò

quò magnes ad se ferrum attrahit p. m. 533. *Sed expressa aliqua & infallibiliter divina revelatio*, quâ sine Abraham non immolare voluissét filium, nec ei satisfacisset nuda *ὁρμη* aut inspiratio. Sunt verò istius ut revelationis varii modi expressi Num. 12 v. 6. Ita etiam variæ revelationis pronunciations vel orales sæpè solùm formulis optandi, imperandi ac imprecandi conceptæ, vel etiam gestu externo exhibitæ, ut cum Esaias nudus incedit c. 20. v. 2. & Jeremias jugum gestat c. 27, 2. Cuiusmodi prophetiarum exhibitiones chreias activas Oratores nominant, qualis fuit illa *Pythagora* interrogati, quàm longa hominis vita esset? is, cum brevi temporis spacio conspiciendũ se præbuisset, latebram petiit, brevem angustumque vitæ humanæ terminum conspectu momentaneo designaturus.

§. 26. Expositio Orationum Propheticarum perquàm difficilis est: si tamen generalibus interpretandi mediis, præcipuè verò *ἐπισημῶν τῆς* *Κωνσταντίας γεαφόν* & jugi lectione *ἐν ταξία* observatâ, (quæ in Prophetis libris hanc seriem conficit, ut se mutuo sequantur, ante quidem captivitatem Jonas, Oseas: Amos, Esaias, Micheas, Joel, Nahum, Habacuc, Jeremias, Sophonias, Obadias: in captivitate Daniel & Ezechiel: post captivitatem Haggæus, Zacharias, Malachias) adiecerimus unum speciale interpretandi medium: videlicet *eventus ex historia observationem*: tùm magnâ sui parte difficultas illa levabitur. Hoc speciali destituti medio Patres non potuerunt explicare Apocalypsin Johannis, ut frustra planè sint, qui in materia

de An-

936 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
 de Antichristo à nobis petunt Patrum testimonia
 ac suffragia. Esse verò prophetias ænigmaticas
 maximè ex eventu explicandas probatur. 1. *ratio-*
ne. Ut se habet signum ad signatum ita se habet
 prophetia ad eventum. Sed signatum semper est
naturâ notius signo (ut causa est notior effectu)
 tametsi signum *nobis* sit notius. Idèò logici regres-
 sum demonstrativum excogitarunt. Ergò etiam
 eventus est naturâ notior prophetiâ & per conse-
 quens ex eo tanquam notiori & certiori hæc ex-
 plicari debet. 2. *auctoritate divinâ* Dan. 12, 4 & Joh.
 7, 28. Unde sim nostris, inquit Messias, id est, nostis
 me esse Bethlehemitam. E. ex hoc ipso cæteris pa-
 ribus, potestis colligere me esse Messiam & ad me
 spectare V. Test. prophetias. 3. *auctoritate humana*
 χριστοῑ inquit Heliod. l. 2. Æthyop. sub finem, καὶ
 ὄνειροῑ πᾶ πολλὰ τοῖς τέλεισι κείνον) oracula & somnia
 ut plurimum ex eventibus judicantur. Cacodæ-
 mon certè, ut semper fuit simius operum divino-
 rum, hoc olim Cræso dedit responsum, tùm sibi ac
 regno exitium imminere, cum *Mulus* in Persia re-
 rum pôtiretur. Oraculum hoc fuit numeris Plato-
 nicis obscurius: Eventus tamen docuit ejus sen-
 sum. Ex hoc enim constat Cyrum superiorem ex-
 titisse Cræso, qui mulus appellatus est ab oraculo,
 quod, quemadmodum hic nascitur patre ignobi-
 liori asino, matre generosiore equâ, contra quàm
 in hinno fit, testib. Varron. l. 2. de re R. c. 8. Colum.
 l. 7. c. 37. & Plin. l. 8. c. 44. Ita Cyrus prognatus fuerit
 à Cambyse, Persâ obscuri generis (ut loquitur Ju-
 stinus) & Mandane Astyagis Medeorum Regis filia.

§. 27. Dixi autem eventum reliquis interpretandi mediis adjungendum esse non accipiendum sigillatim. Secus enim in magnos errores essemus venturi e.g. testatur historia *Iosephi* l. 13. antiq. c. 6. & l. 7. bell. Judaic. cap. 30. Oniam è patria profugum impetrasse à Ptolomæo Philometore potestatem ædificandi templi in Ægypto ad castrum Bubastis, in regione Heliopolitanâ. Ex hoc eventu si exponere velles versum 18. & 20. Esaiæ cap. 19. impingeres 1. in scopum Prophetæ, qui est singulare aliquod Dei beneficium in Ægypto, commendare: at extractio altaris ab Onia facta aded non fuit Dei beneficium, ut potius fuerit grande peccatum & pessima ἐβελθησικεία ante dirutam macedoniam lege divinâ prohibita. 2. contra ὀπισθίμω τῆς Σωνθείας γερφόντῳ solent enim Prophetæ res N. T. exponere verbis V. T. confer Esa. 66, 20. Jer. 33. 17. Joel 2, 28. Zach. 6, 13. 3. Similiter bestia Apocalyptica c. 13, 1. exponenda est, ex eventu, sed non in fraudem generalium interpretandi mediiorum. Nam 1. ex analogia constat cum bestiis Danielis, fore illam bestiam non personam aliquam sed regnum ac Monarchiam; 2. ex consequentibus, fore illud regnum illustre septem capitibus, id est montibus Apocal. 17, 9. & decem cornibus, id est Regibus ib. v. 12. denario scilicet indefinitè accepto, sicut accipitur Gen. 30, 7 Num. 14, 22. fore deniq; adorandum ab universâ terrâ Apocal. 13, 4. & 5. Unde fluit argumentum.

Id intelligitur per bestiam Apocalypiticam, quod erit regnum omnibus admirabile ac venerabile,
septem

238. IDEA BONI INTERPRETIS ET
 septem montibus illustre & regibus indefinite de-
 cem. Sed tale quid non fuit 1. *Filius Cosroe* Regis
 Persarum, ut exponit in h. l. Lyr. non 2. *Mahomet*,
 ut vult Fortalicium Fidei. non 3. *Lutherus*, ut Blasius
 Viega calumniatur &c. Sed tale regnum quale ut
 inveniamus non migrandum est in Epicuri inter-
 mundia.

§. 28. Haecenus prophetia Apocalyptica, se-
 quitur Typica. *Typus* si Etymologiam spectes signi-
 ficat notam pulsando factam & corpori duro im-
 pressam à τύπλω verbero, cuiusmodi typi cuduntur
 in monetis, hinc germanicum einem nachschlagen/
 in. eius art schlagen. Quoad homonymiam typus
 vel proponitur ad imitandum & tum idem est
 quod exemplar Philip. 3, 17. 1. Thess. 1, 7. 1. Petr. 5, 3.
 Act. 23, 25. Rom. 6, 17. hoc sensu à nobis hâc vice
 non sumitur; vel proponitur ad significandum &
 tum definiri potest, quod sit *α. Imago β. viva γ. sed δ.*
radix, ε. rei in futurum similiter gerenda. α. Imago est
 non nuda similitudo. Nam, sicut ovum quidem si-
 mile est ovo, neutrum tamen alterius est imago,
 pullus verò & similis est matri gallinae & eius ima-
 go, ita tametsi Joseph & Christus magnam inter se
 habuerint similitudinem quoad exinanitionem &
 exaltationem; propriè tamen ille huins non fuit
 typus, quia propriè nõ fuit huius imago ab aucto-
 re Sp. S. expressa ad significandum Christum. Sicut
 cruces, quas Ethnici ad supplicia adhibuerunt an-
 te vel post Christum fuerunt similes cruci è quâ
 Servator pependit; illa autem solum crux, quam
 Constantinus M. in Labaro expressit apud Euseb.
 lib. 1. de vita Const. c. 25. fuit crucis Christi imago

quia hoc sine ab Imperatore fuit consecrata, ut referret imaginem crucis Christi. *β. Viva*, ut discrimen insinuetur inter visiones Propheticas alias quæ non fuerunt historiarum & res revera gestæ sed tanquam gestæ essent, visæ, *γ. rudis*. Non enim est typus imago clara qualis in speculo conspicitur, sed obscurior non nihil, qualis in monetis & rebus solidis ac duris apparet. Hinc phrasis ὡς τύπω idem notat græcis quod παγυλῶς & crassâ minervâ, ut apud Aristotelem l. 1. Eth. c. 3; & l. 2. c. 7. Idem etiam Typi vocantur umbræ quod obscurius repræsentent. *δ. Rei in futurum similiter gerendâ*. Nam typus propriè est rei futuræ. Præsentis enim imago aut præteriti, effigies potius est quàm typus.

§. 29. Regulæ de typorum interpretatione speciales potissimum sunt duæ. 1. *Omnes typica explicatio vel nulla vel ad minimum incerta est, quam se intendisse auctor nusquam expressit.* Nulla est, quia non est imago ab auctore expressa & quasi destinata ad tale quid significandum, *Incerta est*, quia sicut 1. Sam. 20, 20. ex jactu Jonathæ, & ulteriori progressionem pueri sagittas collecturi nunquam ominari potuisset sibi fugiendum esse: nisi jam ante ex composito, à Jonatha edoctus fuisset, ut hoc signum eo modo interpretetur. Ita de typo incerti nos sumus, nisi ipse Auctor Sp. S. alibi revelet hoc se tali signo intendisse mysterium. Sunt itaque veri typi Melchisedechus Christi Gen. 14. quia expressè alibi à Spiritu S. dicitur ἀφωμοιωμένον τῷ ἰησοῦ θεῷ, Hebr. 7, 3; Duo filii Abrahami duorum testamentorum, Galat. 4, 24. Serpentis exaltatio crucifixionis

240 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 nis Christi Joh. 3, 14. Jona delitescencia tridua
 in ventre ceti, sepultura tridua Christi Matth.
 12, 40. Contra vel nulli vel incerti fundi typi,
 quando arca Noe typicè de Deipara virgine, & de
 eadem canticum canticorum explicatur. Edatur
 enim vestium aut vola, unde liqueat huc respexisse
 Spiritum S. II. Typi & antitypi collatio non
 est, secundum omnes partes & circumstantias in-
 stituenda, sed secundum ea solum quæ ipse Au-
 ctor se intendisse testatur. Plus sæpè est in typo
 quàm antitypo & minus ac vice versà. Pendet hæc
 regna & eius ratio à superiori. Exemplo hoc ite-
 rum declarandum est.

MELCHISEDICH Typus.

1. Rex Salem, id est, Rex saluus & incolumis, ut ex-
 ponit Drusius.

2. Sacerdos Dei summi.

3. ἀπάτωρ, καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρ-
 χὴν ἡμερῶν μήτε ζωὴν τέλει ἔχων, i. e. ita descriptus à
 Mose, ac si à parte ante non habuisset initium sue essen-
 tia, sed repente quasi celo delapsus esset: ac si deinde à par-
 te post non habuisset finem sue essentia, quia nullius sit in
 sacerdotio successoris mentio: adeoque descriptus ut sacer-
 dos æternus, non quod revera fuerit æternus, sed sicut He-
 braei de Iacobo Patriarcha dicunt non est mortuus, quia
 eius de morte eius sermo est, scriptura non utitur verbo
 moriendi Gen. 49, 33. Ad rationem enim typi satis est, si
 παχυλῶς & quodammodò representet.

4. Benedixit Abrahamo & per consequens etiam Le-
 vao ac Aaroni qui tùm fuit in lumbis Abraba, benedi-
 ctione scilicet non vulgari, quali Simeon Maria δούλω
 bene-

benedixit Luc. 1, 34. Sed sacerdotali & eminentiori.

5. Atque inde arguitur superior esse Abrahamo & Aarone, qui fuit in lumbis Abraha, quia sine contradictione minori à maiori benedicitur v. 7. Ex quo denique sequitur longè præstantius esse & durabilius sacerdotium Melchisedechianum Sacerdotio Levitico.

CHRISTUS Antitypus.

1. Est Rex Salem: Immo ipse Salvator & fons Salutis.

2. Sacerdos Dei altissimi: immo ἀρχιερεύς, unicus ac verus.

3. ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ, hoc ratione divinitatis, illud ratione humanitatis: non quidem ἀγενεολογία, quia hoc ad typum aliter non pertinet nisi ut sit descriptio eternitatis: neque initium habens neque finem: non illud, quia in sacerdotio non secutus est Leviticos ritus: non hoc, quia neminem habet sibi succedentem.

4. Is benedixit Abrahamo & Aarone, quia illud semen est, in quo benedicentur omnes gentes.

5. Atque inde conficitur, Christi sacerdotium longè præstantius esse Levitico, ac solum æternum. Hic est scopus & vera collatio huius typi ac antitypi.

Illà verò collatio.

Melchisedech typus.

1. Sacrificavit sine cruore

2. Panem & vinum.

Christus.

1. In sacra cœna sacrificavit sine cruore.

2. Corpus & sanguinem sub speciebus panis & vini. est contraria & generalibus & speciali interpretandi mediis. Illi, quia est ἀσκοπος. Nam

In eo confertur Christi sacerdotium cum Melchisedechiano,

443 **IDEA BONI INTERPRETIS ET**
chiano, in quo utrumque differt à sacerdotio Le-
vitico.

Sed per immolationem panis & vini, neutrum ab hoc
discernitur, nam & Aaron iubetur panem & vi-
num offerre Numer. 28, 2. & 7. Ergò &c.

Hinc, quia ne verbulo quidem significat Sp. S. se in-
tendere collationem in objecto sacrificii. Ut ta-
ceam 1. falsum esse quod tùm Melchisedech actu
secundo sacrificarit. 2. Incertum quod panem &
vinum aliàs solitus fuerit immolare &c. quà de re
Theologia latius. Hactenus pars propria: sequitur

APPENDIX EXEMPLARIS.

Oculis subiiciens ipsam praxin vivam Ideam
bonæ interpretationis & malitiosa
calumnia:

§. 30. Repeto verò distinctionem inter malam
interpretationem & calumniam explicatam part.
1. sect. 1. §. 20. & ante omnia denuncio, si cujus hinc
interpretatio tangetur nos illum non illicò calu-
mniae postulaturos, quia ad calumniam plus exi-
gitur, quam ad erroneam interpretationem quam
tùm demùm calumniae esse dicimus, si ad eam ac-
cesserit mendax malitia. Ideam verò calumniato-
ris appellamus, quia sicut qui architectonicam
docet, operam non perdit in casâ aut tuguriolo,
sed ædificium præclatum extruere docet: cum hoc
probè factò Tyro casas sine labore sit extructurus:
Ita cum *Id. de pulvere* rationem detegere animo in-
duxerimus, fuit nobis illa in summò quasi malitiæ
gradu tradenda, ut facilius evitentur gradus mi-
nores:

niatoris. Primum exemplum præbet sublesta legis Mosaicæ interpretato Pharisæorum, quam illi per *πάρσιπαρθότες δ' ἀπερώσει*, quantum erat in ipsis solvere contenderunt. vide *sis l. 13. antiq. c. 18.* Extat ea capite V. Matthæi.

i. Textus legis.

Non occides: qui autem occiderit reus erit iudicij.

Exod. 20, 13. Deut. 5, 17. Gen. 9. 6.

Vera interpretatio.

Omne homicidium mortaliter tale est supplicio capitali dignum.

Pharisaicâ & falsa interpretatio.

Quicquid non est homicidium, non id est supplicio dignum.

Hinc inferebatur.

Temeraria ira non est homicidium. E.

Temeraria ira non est supplicio digna.

Falsitas interpretationis, agnoscitur ex primo interpretandi medio; quod præscribit accuratam observantiam regularum & consequentiarum logicarum, in quas hîc offenderunt Pharisei. Nam argumentum à contrario sensu formaliter non concludit nisi conversione factâ per contrapositionem: Non enim sequitur, Omnis homo est animal. E. Omnis non homo est non animal. Sed Ergo Omne non animal est non homo. Inferendum igitur fuerat. *Quicquid non est supplicio dignum id non esse homicidium.*

§. 31.

2. Textus legis.

Non machaberis. vel adulterium est peccatum.

Vera interpretatio.

Q 2

Adul,

Adulterium & factum, & adulterii complendi *μεταπειρασις* est peccatum. probatur hæc interpretatio *ex analogia attributionis* triplici. 1. ipsius noni & decimi præcepti, prohibentium tam *τιμωριαν* quam *συμβουσιαν* concupiscentiam Jac. 1, 15. Quæ duo præcepta quia sunt generalia & prima, cum primam radicem peccandi prohibeant: meritò ex iis (cum primum in unoquoque genere sit mensura reliquorum) de sensu reliquarum legum statuendum est. 2. 4. *ex analogia N.T.* quod ut clarissimum est ita terminum à quo analogia attributionis depromi potest, commodè præbet. In eo verò sic Paulus, *lex*, inquit Rom. 7, 14. *spiritualis est.*

Omne spirituale immediatè, disponit de eo quod immediatè spirituale est. Actus adulterij externus & corporalis, immediatè spiritualis non est. Ergò de eo lex spiritualis immediatè non disponit, sed de voluntate, quæ immediatè legi est subiecta.

3. *ex analogia* etiam cum sana ratione. Ex hæc enim prodiit lex Paul. qui injuriæ. 53. ff. de furt. *voluntas* (non præventa affectibus, aut occulta adhuc, quæ in foro soli necessitate quapiam non innocentiam pœnam fugit, sed) *μεταπειρασις* ac manifesta, *maleficia distinguit*: hinc monomachia matutina ac sobria peior est vespertinâ ac ebriâ: Et scortatio cum deformi peior quam cum formosa: quia illuc utrobique maior præsumitur voluntas, hinc maior affectus. Hinc scholastici disputant actum externum voluntati addere solam vel delectationem, vel commodum aut damnum proximi, ad delicti verò rationem nihil addere. Ex hoc eodem fonte *Cato* dixit

dixit apud Ciceron. l. 3. *defin. Patriam prodere: parentes violare: fana depeculari que sunt in effectu; sic time-
re, mœrere in libidine esse peccata esse licet sine effectu.*

Falsa Interpretatio Pharisæica

*Sola actus exterioris impletio adulterium est. interiori
propósito quantumvis existente spurcissimo.*

Refellitur hæc interpretatio, hoc modo:

*Quæcunque Interpretatio offendit in medium aliquod
interpretationis ea est sublesta.*

Sed talis est hæc Pharisæica, ut constitit. Ergo &c.

§. 32. 3. Textus Deut. 24.

*Sic exceperit homo Vxorem & habuerit eam, & non in-
venerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam
fœditatem: scribet libellum repudiij & dabit in ma-
nus illius & dimittet eam de domo sua.*

Sensus verus.

*Ἐπιτάφιος sive Vxoris sue Osori, sit permissum divor-
tium & mandatus libellus repudiij.*

Sensus falsus.

*Ἐπιτάφιος sit mandatum & divortium & libellus
repudiij, extat hæc Pharisæorum interpretatio.
Matth. 19. 7.*

Quæstio itaque est, *An Deus divortium (extra casum
fornicationis) permiserit solum tanquam rem malam,
num mandaverit tanquam opus bonum? Respondeo
affirmando prius, negando posterius.*

1. *ex analogia attributionis* recurrendo ad primum
coniugium tanquam omnium cæterorum nor-
mam, ad quam etiam Christus hanc legem revo-
cavit Matth. 19, 4. Nam primum in unoquoque
genere est mensura reliquorum.

Q. divinâ sanctione, quæ est prorsus immutabilis, constituunt carnem unam, ita connexam, ut primum dimittenda sit societas naturalis erga parentes, quam hæc copula frangenda: ÷ sine peccato nullo casu possunt se ire separatim.

Maritus & Vxor divinâ sanctione constituunt unam carnem &c. Ergo &c.

2. *Ex collatione aliorum locorum, videatur præcipue explicatio Prophetica Malach. 2, 16. Fuerint itaque potius conciliandæ hæc leges quàm committendæ, & prima lex præceptivè, posterior permissivè explicanda.*

§, 33. 4. *Textus Non perjurabis reddas autem Domino juramenta tua, Exod. 20, 7. Lev. 19, 12; Deut. 5, 11.*

Antequam hic sensum sensui opponamus illustrandus est prius status controversiæ. Non quaeritur inter Christum & Phariseos simpliciter alicui liceat juramentum præstare, sed hoc utrinque concedebatur. Nam lex nusquam Juramenta prohibet sed pejuria & pejurationes: sed quantum colligere licet ex historia N. T. docuerunt Pharisei TEMERARIUM licere jurare 1. per creaturas, quia lex solum prohibeat juramenta temeraria quibus nomen Dei in vanum invocatur. 2. per creaturas non omnes: nec fas esse jurare temerè in auro, aut dono quod est super altari, Matth. 23, 16, & seqq.

Sensus itaque verus.

Temerè jurare per nullam etiam creaturam licet, vel per omnino nullam creaturam licet jurare, Nam 7º omnino non ad verbum jurandi, sed ad creaturam

ras, ut constat ex oppositâ sententiâ, referri debet.

Falsus sensus.

Temerè licet per aliquas creaturas, jurare per alias non licet.

Prior sensus probatur & posterior refellitur, (ex penultimo interpretandi medio, deductione ad absurdum) quasi disiunctivè. Vel enim creaturæ nihil habent divinitatis, vel habent. Si prius, per eas jurare non licet, quia cœlum non nisi thronus Dei est &c. q. d. diminutivè, der Himmel ist mehr nicht als ein Stuhl oder Thron Gottes. Sicut autem nemo adorat sellam Regis, sed ipsum Regem veneratur: ita juramentum quod est species cultus divini, non deferendum est alicui creaturæ. Argumentum est tale.

Omnis ad oratio Creature nihil divinitatis habens, est idololatria.

Juramentum Pharisaicum est adoratio creatura, ut colligere est ex Hebr. 6, 16. Ergò.

Juramentum Pharisaicum est idololatria. En absurdum!

Si posterius, tum temerè non est jurandum ex ipsa hypothesi Phariseorum:

Per nullum id quod divinum est jurare temerè licet, juxta Phariseos.

Omnis creatura quid divinum est, habet enim omnis seu vestigium

Divinitatis seu relationem ad Deum Matth. 23, 21. E.

Per nullam etiam creaturam temerè licet jurare.

(Neque tamen hoc quicquam facit pro Idololatriâ: sicut enim cum Deus jurat per excel-

248 IDEA BONI INTERPRETIS ET
lentiam Jacobi Amos 8, 7. non per creaturam ju-
rat sed per seipsum, quia excellentiâ & objectum
fiduciæ Jacobæ ipse fuit Deus: Ita qui temerè jurat
per cœlum non is dehonestat immediatè ipsum
cœlum, sed excellentiam & divinitatem cœli, quæ
formaliter est in Deo, extrinsecâ verò solùm deno-
minatione in creaturis.)

§. 34. 5. Textus Ex. 21, 24. Lev. 24. Deut. 19, 21.

Ladens reddat dentem pro dente, oculum pro oculo &c.
Versus sensus.

*In vindicta publica talio observetur non illa Pythago-
rica, quæ sæpe impossibilis est, sæpe iniusta, ut si dua-
bus oculis præditus ob excussum unum oculum mo-
noculi, retaliationis puniretur) sed proportionata
& æquivalens: privatim autem ad eum se nemo ul-
tisci debet, ut paratior esse debeat alteram præbere
maxillam, non ad ostensionem operis sed ad præpa-
rationem cordis, ut loquitur Aug.*

Falsus sensus.

Etiã privatâ vindictâ quod passus es ultisci debes.

Prior sensus confirmatur, posterior deseritur ex
analogia proportionis cujus usus est sequestrare
inter textus pugnantes supra p. 1. f. 3. §. 21. scilicet
apparentis contradictionis conciliatione. Nam is
qui dixit dentem pro dente &c. is etiã edixit Le-
vit. 19, 18. Non quæras ultionem, nec memoreris
injuriam civium tuorum Sp. S. autem sibi verè con-
tradictio nequit: distinctione itaque ceu arbitrà
utendum, quæ alia esse nequit nisi vindictæ in
publicam & privatam.

§. 35.

6. Textus Levit. 19, 18.

Diliges

Diliges proximum tuum nec memor eris iniurie civium tuorum.

Verus sensus.

Diliges omnem tuam opem desiderantem, nec memineris iniuriam omnium hominum, citra discrimen amicitiae ac inimicitiae.

Falsa Interpretatio.

Diliges eum solum qui tibi amicitia coniunctus est: nec memor eris iniuriarum tui gentilis: memor autem eris peregrini & hostis.

Prior interpretatio confirmatur. 1. ex γυναικῶν ὄρω nam vox proximi proprie in omnibus linguis notat eum qui loco non est seiunctus, tropicè autem qui sanguine vel amicitia attingit. Quia verò ut supra demonstravimus, si nulla cogat necessitas, semper persistendum est in sensu proprio, falsò hanc legem de solis amicis intellexerunt & gentilibus; Christus verò rectè de omni eo qui in necessitatibus constitutus nostrà ope eget: quâ urgente vicinus sæpe prior est, ipsis proximis parentibus confer Luc. 10. 36. & 37. 2. ex analogia & collatione Exod. 23. 4. & Deut. 22. 1. & 2. ubi Deus præcipit bovem inimici reducendum esse. E. Inimico benefaciendum est, E. lex superior non excludit inimicos. 3. ex Logica consequentia. Pharisei sic videbantur colligere.

Civium iniuria non sunt ultione afficienda.

Ergò

Peregrinorum iniuria sunt ultione afficienda.

Perinde ac si dicas: Quidam homines non sunt asini. E. quidam sunt asini, confer Ideæ boni disp. p. 258. §. 54.

Q s Hæc

Hæc hæctenus ideò attulimus, ut sicut in superiori Idea demonstravimus Christum implicitè Logicæ disputasse, ostendamus Christum etiam seu secutum esse, seu prævisse illa interpretandi media, in superioribus enucleata: adeoque eadem exemplo Christi quasi esse consecrata.

§ 36. ALTERUM EXEMPLUM.

De Sensu.

Matth. 16. v. 18.

Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Sensus Pontificius est.

Christus I. coacto discipulorum concilio duo proponit ventilanda, unum de fide, alterum de regimine Ecclesiastico, II. Petrus de priori puncto decernit, de posteriori Christus clavum figit, in quo Uni & quidem Petro Ecclesie Monarchiam tradit, quod III. æquum sit regimen Ecclesie esse Monarchicum, cum 1. pluralitas principiorum & carentia principii initia sint inordinationis quæ à Deo sit aliena; quæ ratio redditur à Barlaamo Episcopo Hieracensi in epist. ad Græcos: cum 2. non videatur Dominus fuisse discretus nisi post se ejusmodi Vicarium reliquisset, quæ ratio est auctoris glossarum in extravag. unam sanctam. cum 3. Monarchica tanquam præstantissima forma debeat Ecclesie: est hoc argumentum Bellarmini. Sequuntur IV, verba conferentia 1. Tu scilicet qui hæctenus solus confessionem edidisti 2. Es Petrus, id est, petra, quia Petrus & petra sunt synonyma. Ergo in dijudicandis fidei controversiis infallibilis,

lis, & dominator Universæ non Ecclesiæ solum sed Reipub. etiam, sicubi videbitur Ecclesiæ bono p̄besse. 3. & super hanc petram, te videlicet relativè. 4. edificabo Ecclesiam meam. Edificabo in futuro, id est, Tu & tui successores in Episcopatu Romano eritis illa infallibilis & dominatrix Petra, è quâ p̄ndebit Ecclesiæ. Quia enim tu in individuo non diu vives, ad tuos successores hæc dignitas spectabit, nisi velim unâ tecum Ecclesiam perire. Hæc est glossa loci tot Commentariis nobilitati, collecta ex variis eorum scriptis, maximè *Baronij & Bellarmini.*

§. 37. Nos antequam nostram de præsentis loco sententiã aperiãmus, è mediis interpretandi hæctenus ostensis prius Pontificiorum explicatio- nes diluemus, præmissâ tamen refutatione præparatoriorum præparatoriã. Falsum enim est 1. *hic à Christo coactum fuisse concilium*, quia non fuit conventus iudicum, sed Doctoris & discipulorum colloquium. Si enim ex eo quod Christus interrogavit, discipulus respondit, concludendum est, fuisse hoc concilium, tùm in N. T. tot habebimus concilia, quot colloquia 2. *Petro commissam esse Monarchiam Ecclesiæ*; quia Ecclesiæ est ejusmodi subiectum quod nec Reipubl. humanæ simpliciter; nec Monarchicæ in specie sit capax. Non Reipub. simpliciter quia non est capax jurium Majestatis, (quibus ceu animâ Respubl. constituitur) quod probatur in genere 1. ex decreto ipsius servatoria. Nam aut jure humano hanc potestatem habet Ecclesiæ aut divino; *Non illo*; sequeretur enim

352 IDEA BONI INTERPRETIS ET
 enim Papâ mortuo potestatem rursus esse supple-
 tivè in populo: Papam habere hanc potestatem
 solùm instrumentaliter sicut Rex, non principa-
 liter sicut paterfamilias: Papam ad *κατακυριεύειν* ac hæ-
 resin (per impossibile) ruentem posse à populo de
 solio deturbari, quæ omnia tanquam absurda ex-
 plodit Bellarm. l. 2. de concil. 16. *Non hoc* quia for-
 tissimè contradicit Matth. 20, 25. Reges gentium,
 inquit, *κατακυριεύουσιν*, id est, dominantur potestatem
 exercent: Non ita erit inter vos. *Κατακυριεύειν* du-
 plicem habet sensum materiale, vel notat Ty-
 rannicam dominationem Act. 19, 16. vel regiam
 ac paternam jurisdictionem Gen. 1, 28. juxta Inter-
 pretationem LXX. & Homeri Iliad. μ.

*ὁ μὲν ἀκλιθεῖς λυπήσω κατακυριεύουσιν
 ἡμέτεροι βασιλεῖς.* —————

Queritur quis sit in præsentī loco à Christo in-
 tentus? Is sine dubio quem prodit scopus & con-
 sequentia, ut demonstratum dedimus supra p. 1.
 sect. 3. §. 78.

*Tale intelligitur κατακυριεύειν quod filij Zebedei affe-
 ctarunt; quodque à se Christus removet v. 28.*

*Sed Tyrannidem illi non affectarunt, nisi dextera Dei
 sit Tyrannis: Tyrannidem etiam solam Christus à
 se non removet, sed omnem omninò mundanam
 potestatem. Ergò*

*Κατακυριεύειν hic non notat solùm Tyrannicum domi-
 nium exercere, sed omne.*

Dices 1. phrasia vos autem non sic nō tollere omnem
 potestatem, sed certum solum potestatis modum.
 2. Christum noluisse exercere potestatem in statu
 Exina-

